

05

A

218









DISPUTATIO SOLENNIS  
*De*  
**FATO FLAGEL-**  
**LI TURCICI FATI**  
**QVE LUCE,**

*Quam*  
CHRISTO DOMINO AUSPICE

*In*  
ALMA ARGENTINENSI ACADEMIA  
SUB MODERAMINE

D. JOHANNIS CONRADI  
DANNHAVVERI,  
PROFESSORIS THEOLOGI PRIMA-  
RII, CONVENTUS ECCLESIASTICI  
PRÆSIDIS,

*PATRONI ac PROMOTORIS SUI*  
*venerandi,*

*Ad d. 20. Julii M. DC. LXIV.*

*H. Lq. C.*

DOCTORUM EXAMINI

P. P.

M. JOHANNES FRIDERICUS SCHARFIUS,  
WITTEBERGENSIS,

Nunc verò iterum, multorum rogatu, publicis exscripta  
typis exhibetur.

---

WITTEBERGÆ,  
Typis & Impensis JOH. BORCKARDI, Acad. Typogr. 1686.



DISPUTATIO SOLEMNIS

FATOTOFELAGEL

ET TURCICATA

QUE LUCE

CHRISTO DOMINO AUSPICE

ALMA ARGEN... ACADEMIA

...MANN

D. JOHANNES CONRADI

DANIEL AVVERI

PROFESSOR... PRIMA

...CONVENTUS

...RESIDIS

PATRONI DE PROMOTORIS

...M. D. C. LXXV

DOCTORUM EXAMINI

P. P.

M. JOHANNES FRIDERICUS SCHAEFFNER

WITTEBERGENSIS

Nunc et incipit, multorum rogant, publicis scriptis

typis exhibentur.

WITTEBERG

Joh. Borckhardt, Aesh. Typogr. 1786







# FATUM FLAGELLITURCICI

FATI<sup>Q</sup>VE LUX.

## PROOEMIUM.



*E*go sum flagellum Dei, ATTILA, Hunno-  
rum caput cornutum, (verè ne an symbolicè? vi-  
de disputantem Bartholin. de Unicorn. cap. 2. p. 28.  
ubi ex Juvenco MSS. ferinam ejus faciem ære ca-  
lamoqve pinxit) Martis gladio quasi fulmineo in-  
itiatus, exercitu DCC. Millium instructus, dixisse  
fertur; eratqve quod dicebatur, virga furoris di vini acerba, contu-  
meliosa, exitiosa. Sensit illius vulnera vibicesqve tota fermè Euro-  
pa Anno Christi circiter CCCCL. & seqq. Nostra quoqve *Argy-  
rope*, cum, ut *Sidonii Apollinaris Panegyri*. in *Avit. Lessus* habet.

- - - *Subito rupta tumultu*

*Barbaries totas in te transfuderat arcto.*

*Gallia Pugnacem Rugum, comitante Gelono,*

*Gepida dux sequitur. Rhetum Burgundio cogit:*

*Chunus, Bellonatus, Neurus, Basterna, Toringus,*

*Bruclerus, ulvosa quem vel Nicer abluit unda,*

*Prorumpit Francus. Cecidit cito secta bipenni*

*Harcinia in lintres & Rhenum texuit alno.*

*Et jam terrificis diffuderat Attila turmis*

*In campos se, Belga tuos.*

Sunt, qui ab hujus vastationis monumento nomen *Strasburg* deri-  
vant, tanquam urbis in plateam publicam ruderatæ. Sensisset &  
*Roma*, nisi intervenisset *Leonis* Papæ occursum, quo adeò ille (uti cum  
*Baronio* confabulatur *Spondan.* ann 452. n. 8.) *mitis est factus ut illi-  
co promissa, à pace firmissima, ultra Danubium non rediturus abierit.*  
Qui interrogatus à suis, cur præter consuetudinem inflexus esset, re-

A

Spon-



Spondit, se vidisse Leone loquente astantem alium quendam habitu sacerdotali decorum, quid divinum prae se ferentem, minantemque mortem nisi Leoni obediret. Illum autem fuisse sanctum Petrum, Apostolum, testatur Paulus Diaconus haec narrans in historia rerum Romanarum, in appendice ad Eutropium; quanquam & alii habent, duos viros apparuisse, alterum à dextris, à sinistris alterum, nempe Paulum Apostolum cum Petro. Aliter ac melius divinatur Callimachus Experiens, cujus fidem optimam laudat Boxborn. in hist. universi p. 361. Deliberanti Attila suamne fortunam ad excidium in urbis sequeretur, an illius fatum devitans, per Picenum in Samnium, reliquamque Italiam usque ad fretum Siculum victorem exercitum prius circumduceret, occurrit Leo Pontifex maximus, doctrina & sanctitate insignis, qui positis Pontificalibus ornamentis, oratione atque habitu miserabili, pacem Italiae impetravit. Ferunt (ita solent scribere, qui dubitant) Attilam dimisso à se Leone, cum interrogaretur à suis, cur hosti se tam facilem prae buisset, asseverasse, visum à se juxta illam, cum pacem peteret, humana specie augustiorem juvenem, minari sibi mortem, si paci adversaretur. Qui verò miraculum excludentes, rationibus, conjecturis humanis factum expendunt, putant, Attilam, aut tractabili, mitiq; natura sua in supplices, id praestitisse, aut ingenio Leonis & doctrina victum, cum ille ommissa Italia, quae sponte victoris nutum spectatura esset, subigendos Visigothos in Gallia persuasisset, quae una gens in toto orbe Hunnici imperii amula atque hostis esset. Id utiq; non ambiguit inter milites joculariter jactatum; haec immerito Leoni cessisse in Italia, qui Lupum in Gallia reformidasset, plusque in cohibendo Attila momenti habere ferarum nomina, quam hostium armatas acies. Haec aïouλία imputata fuit astrorum impotentiae & fati necessitati, non solū à gentilibus, quos notavit Leo Pontifex, serm. in octava apostolorum Petri & Pauli p. 80. Quis hanc urbem reformavit saluti? quis à captivitate eruit? quis à cæde defendit? ludus Circensium, an cæsus sanctorum? quorum utiq; precibus divina censura flexa sententia est, ut qui merebamur iram, servaremur ad veniam. Ne ibi ergo ista ingratorum nota etiam vobis, Dilectissimi, possit adscribi, revertimini ad Dominū, intelligentes mirabilia, quae in nobis dignatus est operari, & liberationē nostram, non sicut opinantur impii stellarum effectibus, sed ineffabili omnipotentis Dei misericordiae deputantes, qui corda furentium Barbarorum mitigare dignatus est. Sed & nuper Ery-

cius



*cuius Puteanus inclinare huc visus est, l. 1. histor. insubr. Ergo, inquit, A-*  
*liarum urbium fatum etiam Mediolanum excepit, & cum avaritia hostium*  
*sufficere crudelitatem minimè satiavit. In homines & tecta sevitum, igni,*  
*ferro, manu: pulcherrimam urbem brevis furor excidit. Nescio*  
*quo sidere? At, ib. p. 21. Ultimam sevitia procellam in Dominae urbis*  
*mania ac templa effusus. Sed quo ruis immanissima bellua! ad*  
*crudelitatis famam haec jam satis, cohibe impetum & fumantem à*  
*tergo recenti incendio regionem respice: cladi si credis, vix quicquam*  
*potis truculentis jam scelus adjiciet. Romam petis? Mediolanum Ro-*  
*ma fuit, & cum insubrum urbe reliqua Italia concidit. Mirari ju-*  
*vat. Metus, an aliud consilium mentem Tyranni impulit? aut occulta*  
*vis fati? interruptus sevitiae cursus est. Quid? quod & S. Lupus*  
*consequentiam Stoicam suimet contradictoriam hic deliravit. Tradunt*  
*enim nonnulli (ita Spondan. ann. 451. n. 6. p. 509.) Lupum habitu indu-*  
*tum Pontificali cum multitudine cleri Attilae ad excidium urbis Tre-*  
*centis adveniendi obviam factum, interrogasse, quisnam ipse esset, qui*  
*tot devictis Regibus, nationibusque ac populis prostratis & urbibus ever-*  
*sis, cuncta sibi subderet, eoque respondente, se esse flagellum Dei, tunc*  
*Lupum dixisse: Et quis mortalium Dei flagello resistet? Veni igitur*  
*Dei mei flagellum, illoque utere, ut Deus concedit, atque ad ea verba Bar-*  
*barum emollitum, Trecentem urbem illam pertransisse. Sed habent*  
*alii, cum ferox barbarus delere omnino civitatem proposuisset, divina*  
*virtute cum ipsum tum ejus exercitum veluti cecitate percussos nemi-*  
*nem videntes transisse per mediam civitatem, sicque urbem salvatam*  
*esse. Sed de hoc auctorem aliquem veterem haud invenimus. Cre-*  
*dat igitur, qui velit: neget interim consequentiam, Attila flagellum*  
*Dei est, ergo intromittatur, nullo objecto obice; eò quod flagellum*  
*Dei sit fatale ac ineluctabile: rideat a se contradictorium, nam si ver-*  
*bis emolliit effrenem alioquin animum, jam suadam flagello oppo-*  
*suit, qualem Abigail furenti Davidi. Sapientius multò Augustinus,*  
*fati quidem sano sensu accepta decreta haud omnino inficiatus, cau-*  
*sam tamen fortis aut felicitatis aut infelicitatis non absoluto alicui*  
*aut immutabili fato transferpsit. Radicem tantae stragis non esse*  
*ascribendam Evangelio atque Christianae fidei (ita enim solebant*  
*Pagani, l. 5. C. D. c. 22 (a) Succubuisse enim & ante hac Romam va-*

A 3

riis

(a) Multi praeteritarum rerum ignari: quidam etiam dissimulatores suae scientiae,



riis expugnationibus, (b)usos contra meliorem fortunam, Christo hospite admissis, aureo librorum de Civitate Dei commentario, (Excitatus Attilaicam illam, paulo anterioribus Vandalorum invasionibus) liquidissime demonstrat. Sic enim ipse in lib. 2. retract. Roma, Gothorum irruptione, agentium sub Rege Alanio, atque impetu magna clade eversa est: cujus everisionem Deorum falsorum, mutorumque cultores, quos usitato nomine Paganos vocamus, in Christianam religionem referre conantes, solito acerbius, et amarius Deum verum blasphemare coeperunt. Unde ego exardescens zelo domus Dei, adversus eorum blasphemias et errores, libros de Civitate Dei scribere institui. Idem l. 1. de C. D. cap. 1. annon etiam illi Romani Christi nomini infesti sunt, quibus propter Christum Barbari pepercerunt? Testantur hoc Martyrum loca, et basilica Apostolorum, quae in illa vastatione urbis ad se confugientes suos alienosque receperunt. Hucusque cruentus saeviebat inimicus: ibi accipiebat limitem trucidatoris furor: illo ducebantur a miserantibus hostibus, quibus etiam extra ipsa loca pepercerant, ne in eos incurrerent, qui similem misericordiam non habebant. Qui tamen etiam ipsi alibi truces atque hostili more saevientes, posteaque ad loca illa veniebant, ubi fuerat interdictum, quod alibi jure belli licuisset, tota ferendi refranabatur immanitas, et captivandi cupiditas frangebatur. Sic evaserunt multi, qui Christianis temporibus detrahunt: et mala, quae illa Civitas pertulit, Christo imputant: bona vero, quae in eos, ut viverent propter Christi honorem, facta sunt, non imputant Christo nostro, sed fato suo: cum potius deberent, si quid recte saperent, illa quae ab hostibus aspera et dura perpessi sunt, illi divina providentiae tribuere, quae solet corruptos hominum mores bellis emendare, atque contere: itemque vitam mortalium justam atque laudabilem talibus afflictionibus exercere, probatamque, vel in meliora transferre, vel in his adhuc terris, propter usus alios detinere, illud vero quod eis vel ubi-

cunque  
si temporibus Christianis aliquod bellum diutius trahi vident: illico in nostram religionem protervisime insiliunt. exclamantes, quod si illa non esset, et vetereritu Numina colerentur, jam Romana illa virtute, quae adjuvante Marte et Bellona, tanta celeriter bella confecit, id quoque celerrime finiretur.

(b) Reperant (ita pergit) igitur, qui legerunt, quam diuturna bella, quam variis eventibus, quam luctuosis cladibus a veteribus sint gesta Romanis, sicut solet orbis terrarum, velut procellosissimum pelagus, varia talium malorum tempestate jactari, et quo nolunt aliquando fateantur: nec insanis adversus Deum lingvis se interimant, et decipiant imperitos.



cunque propter Christi nomen, vel in locis Christo dicatisimis & amplissimis, ac pro largiore misericordia ad capacitatem multitudinis electis, propter bellorum morem truculenti barbari pepercerunt, hoc tribuere temporibus Christianis: hinc Deo gratias agere, hinc ad ejus nomen veraciter currere, ut effugiat poenas ignis aeterni. Pergit l. 5. de C.D. cap. 1. Causa igitur magnitudinis imperii Romani, nec fortuita est nec fatalis, secundum eorum opinionem & sententiam, qui ea dicunt esse fortuita, quae vel nullas causas habent, vel non ex aliquo rationabili ordine venientes: & ea fatalia, quae praeter Dei & hominum voluntatem cujusdam ordinis necessitate contingunt. Prorsus divina providentia regna constituuntur humana, quae si propterea quisquam fato tribuit, quia ipsam Dei potestatem vel voluntatem fati nomine appellat, sententiam teneat, linguam corrigat. Cur enim non hoc primum dicit, quod postea dicturus est, cum ab illo quisquam quaesierit, quid dixerit fatum? Nam id homines quando audiunt, usitata loquendi consuetudine non intelligunt, nisi vim positionis siderum, qualis est, quando quis nascitur, sive concipitur, quod aliqui alienant à Dei voluntate: aliqui ex illa etiam hoc pendere confirmant, sed illi, qui sine Dei voluntate decernere opinantur sidera, quid agamus, vel quid bonorum habeamus, malorumque patiamur ab auribus omnium repellendi sunt: non solum eorum, qui veram religionem tenent, sed qui Deorum quaecumque, licet falsorum, volunt esse cultores. Hec enim opinio quid aliud agit, nisi ut nullus omnino colatur, aut rogetur Deus? Contra quos modo nobis disputatio non est instituta, sed contra eos, qui pro defensione eorum, quos Deos putant, Christianae religioni adversantur. Illi vero, qui positioni stellarum quodammodo decernentium, qualis quisque sit, & quid ei proveniat boni, quidve mali accidat, ex Dei voluntate suspendunt, si easdem stellas putant habere hanc potestatem traditam sibi à summa illius potestate, ut volentes ista decernant, magnam Deo faciunt injuriam: In cujus veluti clarissimo senatu, ac splendidissima curia, opinantur scelera facienda decerni: qualia si aliqua terrena civitas decrevisset, genere humano decernente fuisset evertenda. Quale deinde iudicium de hominum factis Deo relinquatur, quibus caelestis necessitas adhibetur, cum Dominus ille sit siderum & hominum. Aut si non dicunt stellas, accepta quidem potestate à summo Deo, arbitrio ista suo decernere: sed in talibus necessitatibus

inge-



ingerendis illius omnia jussu compleri: itane de ipso DEO sentiendum est, quod indignissimum visum est de stellarum voluntate sentire. Causam aucti Romani imperii assignat non fato, sed Numini, l. 5. C. D. cap. 12. Non, inquit, illorum Deorum cultu Romanum imperium propagatum atque servatum, nescio cui fato potius id tribueret, quam Dei summi potentissime voluntati. Veteres igitur primiq; Romani, quantum eorum docet & commendat historia quamvis ut alie gentes, excepta una populi Hebraeorum, Deos falsos colerent, & non Deo victimas, sed demoniis immolarent: tamen laudis avidi, pecunie liberales erant, gloriam ingentem in divitiis honestas volebant: hanc ardentissime dilexerunt, propter hanc vivere voluerunt, pro hac & mori non dubitaverunt. Ceteras cupiditates hujus unius ingenii cupiditate presserunt. Ipsam denique patriam suam, quoniam servire videbatur inglorium, dominari vero atque imperare gloriosum, prius omni studio liberam, deinde dominam esse concupierunt. Ista ergo, laudis aviditas, & cupido gloriae, multa illa miranda fecit laudabilia, scilicet atque gloriosa, secundum hominum existimationem. Nam gloriam, honorem, imperium bonus & ignavus &que sibi exoptant. Sed ille, inquit, vera via nititur, huic quia bone artes desunt, dolis atque fallaciis contendit. Hæ sunt illæ bone artes per virtutem scilicet, non per fallacem ambitionem ad honorem, ad gloriam & imperium pervenire, quæ tamen bonus & ignavus &que sibi exoptant. Sed ille, id est, bonus, vera via nititur. Via virtus est, qua nititur, tanquam ad possessionis finem, id est, ad gloriam, honorem, imperium. Hoc insitum habuisse Romanos etiam Deorum apud illos ades indicant, quas conjunctissimas constituerunt virtutis & honoris, pro Diis habentes, quæ dantur à Deo. Sed alia fuere, quæ illos magnos fecerunt, quæ nobis nulla sunt: domi industria, foris justum imperium, animus in consulendo liber, neque libidine neque delicto obnoxius. Pro his nos habemus luxuriam atque avaritiam, publicè egestatem: privatim, opulentiam: laudamus divitias, sequimur inertiam: inter bonos & malos discrimen nullum, omnia virtutis præmia ambitio possidet. Neque mirum, ubi vos separatim sibi quisque consilia capitis, ubi domi voluptatibus, hic pecunie aut gratiæ servitis. Quia isti privatas res suas, pro re communi, hoc est, republ. & pro ejus arario contemserunt: avaritiæ restiterunt, consulerunt patriæ consilio libero: neque delicto secundum



*Aut suas leges, neque libidini obnoxii, his omnibus artibus, tanquam  
vera via nisi sunt ad honores, imperium, gloriam: honorati sunt in o-  
mnibus ferè gentibus: Imperii sui leges imposuerunt multis gentibus:  
hodieq; literis & historia gloriosi sunt penè in omnibus gentibus, cap. 21.  
323. Quæ cum ita sint, non tribuamus dandi regni atque imperii po-  
testatem, nisi Deo vero, qui dat felicitatem regnum cælorum solis piis:  
regnum verò terrenum & piis & impiis, sicut ei placet, cui nihil injustè  
placet. Qui ergò Persis dedit segetes, sine cultu Deæ segetiæ: qui alia  
dona terrarum sine cultu tot Deorum, quos isti rebus singulis singulos,  
vel etiam rebus singulis plures præposuerunt: Ipse etiam regnum dedit  
sine cultu eorum, per quorum cultum se isti regnasse crediderunt. Sic  
etiam hominibus, qui Mario, ipse Cajo Cesari, qui Augusto, ipse &  
Neroni: qui Vespasianis, vel Patri vel Filio suavissimis Imperatoribus,  
ipse & Domitiano crudelissimo. Et ne per singulos ire necesse sit, qui  
Constantino Christiano, ipse Apostata Juliano. Postea lib. 7 de C. D.  
flagitia Deorum selectorum, incentiva flagitiorum humanorum re-  
censet, de quibus Varro nihil dicere volebat; defecit interpretatio,  
erubuit ratio, conticuit oratio. Atque hinc intimam flagelli divini  
radicem esse insolentem ac barbaram peccatorum immanitatem, qui-  
bus immanitas barbarorum in decumana hujusmodi mala laceffita  
fuerit: Postquam luxu atque desidia civitas corrupta est, August.  
loc. cit.*

Quo igitur consilio eruditissimus æque ac religiosissimus Hip-  
ponæ Præsul, cum non posset alio modo, solo vel calamo, fatali in-  
cendio sibi occurrendum esse ratus est: eo & nos commovemur ad  
calcata vestigia sequenda: Brevem commentariolum molimur de  
FATO ( proprio scil. Objecto Theologiæ, uti fatetur *Arniseus* lib. 2.  
doctr. polit. cap. 2. pag. 360. *Hanc, ait, mutationum causam primam,  
licet accuratissimè non pertractet Politicus, ubiq; tamen præsupponit,  
tanquam à Theologo luculentius explicatam; cujus hæ sunt partes pri-  
marie: Politicus enim non potest, nisi ex sua arte causas assignare, ni-  
si saltum facere & terminum transgredi velit* ) FLAGELLI TUR-  
CICI, ejusque luce, ac Interpretatione, quod novus Attila ex ori-  
ente Occidentem denunciat; Flagellum ipse quoque Dei, non tamen  
eo sensu, quem Stoa etiam Christi nomen professa, tuetur, certè  
consequenter tueri debet, fatale, sed quo sanctiori spiritu delibata  
B Chri-



Christiana veritas, fatum docuit : Edemus causam, quâ Ottomanicus grando in Rom. hodiè Imperium concitatus prurit, furit, ruitque, in ruta & cœsa omnia dejecturus, eamque non ad peremptorium aliquod & inexorable fatorum decretum, sed ad hypotheticum Numinis iudicium, mentis nostræ mutatione mutabile, relaturi : ac simul haut obscure ostensuri, non ex Evangelio, pio Lutheri fervore repurgato, sub titulo fœdæ apostasiæ diffamato, illa quæ nunc urgent & imminent malorum gargara, sed ex cultu Deorum falsorum & Christianismo in Mahometismum converso germinasse.

THEORIA PRIMA.

OCULI, FATO ABSOLUTO, STOICO AC FATUO, tanquam ICTERO occupati, repræsentatrix.

§. 1. Vix alia secta latius colonias suas eduxit, longius invaluit, tectius serpsit, astutius religionis & pietatis titulo fefellit, quam *Stoica*, ut Paradoxorum aliorum genitrix, ita fati absoluti alumna infelix, Ecclesiæ Christianæ pestis. Illâ si utare magistrâ & iudicem de eo, quod nunc immane grassatur, jamque limites ultra Rom. Imperium promovit, BELLO OTTOMANNICO seu TURCICO fatale illud pronuntiabit, idque (nam aliud fati genus nec agnoscit, nec consequenter agnoscere quit) fatum absolutum, ac prorsus immutabile nominabit, sic enim stoæ princeps Seneca l. 2. nat. qq. q. 5. *Fatum* describit, quod sit necessitas omnium rerum & actionumque, quam nulla vis rumpat. Nam & fata, inquit, jus suum peragunt, nec ulla commoventur prece; non misericordia flectuntur, non gratia; servant cursum irrevocabilem; ex destinato fluunt. Quemadmodum rapidorum aqua torrentium in se non recurrit, nec moratur quidem, quia priorem superveniens præcipitat: sic ordinem rerum fati æterna series rotat, cujus hæc prima lex est, stare decreto. Idem lib. de provid. cap. 5. *Fata* nos ducunt, & quantum cuique restet, prima nascentium hora disposuit. Causa pendet ex causa, privata & publica, longus ordo rerum trahit; & olim constitutum est, quid gaudeas, quid fleas &c. Tum subdit. Quicquid est, quod non sic vivere iussit, sic non; Eadem necessitas & Deos alligat. Ille ipse omnium conditor ac Rector, scripsit quidem fata, sed sequitur: semper paret, semel



*mel iussit.* Atque sic eadem Stoa cum riget, Numen ipsum Gordio hoc nodo innodat & Parcarum carcere claudit, digna quæ falsè rideatur à Luciano, cuius lepidum extat ludibrium, *Cyniscum Jovi ob- jicientem, non timere se ejus fulmina, si in fatis quidem non sit, ut hac ratione pereat.* Quippe & Jovem & ceteros Deos esse ipsi alligatos fato, illosq; simul ac homines ideò conservos esse Parcarum, quod ne Dii quidem moliri quid possint, nisi quod Parca decreverint; adeò pro- inde, ut nihil aliud quàm Parcarum ministri sint, imò neque aliud, quam instrumenta, ut securis ac terebra. Esse propterea, quamobrem rideat, quod Jupiter aliàs gloriatus circa catenam celebrem apud Ho- merum fuerat, ac existimet, Parcis justius, quàm Jovi tribuendum im- perium. Hoc scil. est Numen suâ Deitate exuere, cum maximus es- se non possit, qui majori obsequitur: si sic Deus fata accipiat, non faciat.

§. 2. Cum eadem Stoa diffluit, Chrysippizat, delinquendi culpam naturæ humanæ appropriat, concitationem tamen ab ex- trinseco tuetur, Cylindro pro exemplo usa, qui si pede impellas, ini- tium dederis motus: at porrò ille præceps feretur, non quia tu mo- veris (nam quadro si idem feceris, mox quiescet,) sed propriam ob- voluntatem, quam ex forma modoque suo habet. Similiter, inqui- ebat Chrysippus, à fato quidem esse impulsus aliquem voluntatis; sed eadem esse à propria voluntate, ingeniiq; truculentia. Distinguebat (censente Vossio in Theol. gentili cap. 49. pag. 578.) inter hominem consideratum simpliciter, & hunc hominem, id est, hac vel illâ præ- ditum ingenii proprietate: quis dixerit, hominis, prout homo est, hanc esse naturam ut sit truculentus vel libidinosus? Quàm multi enim co- hibere libidinem, temperare etiam à cadibus sciunt? Attamen si san- guinarium conspexeris, præsertim, qui impunè aliquid possit, quis a- liud sibi persuaserit, quàm si atroci injuria affectus videatur, cade hoc ulterius ulturus? Est alius in venerem proclivis. Adest famosa Laïs, vel occasio est illudendæ pudicitie formosæ provincialis uxoris; quàm ἐλευσιδὸν aliquid habere, ajebat Varro. Quid aliud fiet, quam ut paratis omnibus præceps, tauri instar, in venerem ruat? Colligebat hinc Chrysippus, utcunque necessariò quidq; fiat, non tamen Deum esse causam cadis, sed hominis truculentiam: nec penes Deum esse culpam volutationis cum scorto, vel commisi adulterii; sed penes animum



hominis libidine diffuentis. Unumquodque enim censeri à causa proxima: hanc autem non Deum esse, sed hominis voluntatem, atque ingenium, quod uni contigerit mite, asperum alteri, huic continentia amans, illi in libidines prosum. Erit igitur presentis belli nunc illati causa Barbarus ac truculentus hujus Sultani spiritus, intermissus ac suspensus prudens, cum mitior ac sedatior Patris Achmetis animus malaciâ teneretur. Hæc caligo fuit τὸ ἐξω miserabilis, qui, quam non evadant hoc aucto effugio, infra diceretur, vide Hodom. Spir. Calv. Phant. 3. p. 842.

§ 3. Immiserabilis contra minimeque venialis est αὐτοῦ λωσις eorum, qui Civitatem Dei jactant, & tamen in castris Gentilium versantur, veritatis proditores, non solum Judæorum Pharisei, quorum opinio Josephi ipsiusmet & testimonio & exemplo inclaruit l. 8. antiq. c. 10. p. 295. Quin & ea reputatio hic subit animum, quod insuperabilis sit fati necessitas, quæ etiam si præsciatur, præcaveri tamen non potest: sed tamdum homines sibi vana spe blandiuntur, donec in illius casses incidant, nam hoc quoque Achabo fatale fuerat, ut prænunciantibus cladem non crederet, & à prophetantibus in gratiam deceptus in mortem rueret. Lib. 18 antiq. c. 2. p. 617. πρὸς ἀπὸ τοῦ θεοῦ τὴν ἐπιμαρτυρήσασθαι πάντα ἀξιοῦντες, l. 2. bell. c. 7. p. 788. εἰσαμαρτυρήσασθαι τὸ θεῷ ὡς πᾶσι πάντα, adque huc etiam pertinet illud Gamalielis Pharisei celebre dictum, scholæ suæ consentaneum, Actor. 5. 38. 39. Nunc itaque dico vobis, abscedite ab hominibus istis, & missos ipsos facite, quoniam si est ex hominibus consilium hoc, sive opus istud, dissolvetur: si ex DEO est, non potestis illud dissolvere, & videte, ne etiam cum Deo pugnare comperiamini. Materialiter ac Enthymematicè benè conclusit: Hoc consilium, absolutum scil. (aliud enim Schola pharisaica non agnovit) est ex Deo, E indeclinabile: Ergò ab Apostolis abstinendum: Ergò Theomachia non est tentanda; at si integer con fiat syllogismus in justam formam redactus. Omne consilium ex Deo est absolute ἀδιάλυτον. Hoc præsens præconiū Apostolici consilium est consilium ex Deo. Ergò absolute ἀδιάλυτον, Major laborabit, Instantiâ de judicio divino nemetico, quod utique ex Deo judice; at hoc fuisse ἀγάλλων Ninivita suo exemplo sunt experti. Nec solum Astromantæ, quorum deliria Prudentius elusit ad Symmach. Urbibus offert hora diesque suum, cum primum mœnia surgunt, aut fatum aut genium, cuius moderamine regnent. (c)

Nec



Nec solum *Pseudopolitici*, Machiavelliani lib. 2. de republ. cap. 29. ac  
 Lipsiani. Justus enim Lipsius hæc in chartas effudit commenta,  
 cum ollas lippiit, lib. Polit. c. 4. Mihi sedet, (pro illo sensu) ab om-  
 ni aeternitate fataliter omnia destinata. Etiam actiones, & que  
 circa eas. Quin ipsi homines, tamen in parte. adeo ut nullis con-  
 siliis vel auxiliis id vitemus aut mutemus. Nec consilio prudenti nec  
 remedio sagaci. diuine providentia fatalis dispositio subverti vel refor-  
 mari potest. Nec si prædicatur quidem. Nam que fato manent, quam-  
 vis significata non vitantur. Non si, monstra eum moneant aut prodigia:  
 Heu vani motus, frustra q̄ morantia Parcas Prodigia! heu fati superis  
 cerasse minores! Mentem, scil. hominibus tunc adimit super ailla Mens:  
 que, cujuscunque fortunam mutare constituit, consilia corrumpit. Vide-  
 mus, ipsi cottidie, manum injicientibus fati, hebetari sensus hominum  
 & obtundi. Prævide quo inclinent se fata & tu ad illa. Nam mi-  
 ser quid pugnes? Eidem non duntaxat fortis co dēti, sed & substantia  
 fortis fati absoluti res est. Iterum in monit. Polit. p. 24. Quæ vis,  
 gratia, aut commendatio Agathocli Regnum in Sicilia dederunt? Pa-  
 ter ei figulus pueritiam in luti sordibus, adolescentiam in impudicitia,  
 juventam in libidinibus egit. Ab omni parte infamis, odio civium &  
 inopia, ad latrocinium compellitur. En gradus, quibus ad Sceptrum  
 veniatur! Sed mox miles & dux è milite: id quoque cum infamis,  
 quod defuncti Damasconis, cui successerat, uxorem stupro antea cogni-  
 tam, sibi ceperat, & cum ea ingentes opes. His fretus, occupare Im-  
 perium Patriæ bis conatus, bis repellitur; denique in exilium agitur.  
 Quid sit? jungit se Siculis, Syracusiarum hostibus, palam bello patriam  
 petit, & obsidet: nihil efficit, cum Pœni in auxilium evocati strenue

B 2 *pro-*  
 (c) *Exempla collegit Arniseus in polit. p. 364.* Niceæ exercitus interneccione deletus  
 fuit, cum eum Nicia, præ metu Eclipseos intra castra continuisset. Plut. in Nic.  
 Archelaus Rex deficiente sole, solebat Regiam claudere, & filiam, quasi in ma-  
 ximo luctu tondere. Senec. l. 5. de benef. cap. 6. Manuel Comnenus cum Siculis  
 confluere nollet, nisi proclivi siderum positu prius observato, tandem Constans  
 tinum ducem in aciem prodire jusset, quod sidera consentire viderentur, quo ef-  
 fecit, ut amissis copiis dux ipse caperetur. Nicet. 2. Ann. Manuel. Rectius  
 Pericles, qui cum exercitum ob deliquium solis consternatum videret, nequa-  
 quam, ut Cleombrotus fecerat, Herod. l. 9. eum retroduxit, sed circumstitis sta-  
 tionibus causam aperuit, & exercitum in officio continuit. Ita Cassius ib.  
 pag. 365. cum à Chaldoeo vetaretur Parthos bello lacescere, priusquam sol Scor-  
 pii sidus evasisset; Non, inquit, Scorpiones metuo, sed sagittarios, ad Parthos  
 alludens, quorum sagittis Crasus erat obrutus. Plutarch. in Cras.



propugnarent. *Vi desperatâ, Hamilcarem Pœnorum ducem ad Pacem invitat (ea species & honestus titulus fuit) reverâ ad pacem, ut crederet, & traderet sibi Syracusas. Ita factum, regnat, cedes populi & Principum facit: & miro iterum fato, ipsis conciliatoribus sceptri Pœnis bellum infert, & Africam transfert. Præter spem variè victor, & præter spem quoque mox victus, deserto exercitu, liberis, amicis, penè solus in Siciliam effugit. Servat tamen regnum, etsi in vanâ sorte: immoritur ei, sed ita, ut pelli uxorem, liberosq; videret, & ab nepote id eripi, non diu fruituro. In his talibus, ubi ratio alia, quam summa illa ratio est, Fatum nobis dicta? Hæc in uno illo Rege. Quid in quatuor (septem in universum fuere) Romanorum? Primus Romulus & Tertius Tullius Hostilius, uterque ex pastore ad sceptrum pervenit: Quintus Tarquinius, Priscus, è Peregrino & exule: Sextus Servius quod ipsum nomen præfert, è vernula & servo. Quid hæc aliud sunt, quam Sidus & occulti miranda potentia fati? (d) Eidem Liphio fatum est prorsus indeclinabile & irresistibile: Longè, inquit ex Gregora Nicephoro. Ex ipsis factis homo discat, quæcunque cooperantem & commilitantem non habent supernam dexteram, hic terram, & mare & aërem adversari. Tanquam fugitivum aliquem & Dei & justitiæ violatorem efficaciter persequentiâ. At contra, quo fatum vergit, alia etiam omnia: & velut viam illi muniunt ignari aut inviti. Caesar ad Principatum venire debet? Societatem cum illo Pompejus coëat, & calidè evehat juxta sese. Dejicere postea vult? frustra. Causam duntaxat armorum præbeat, turpiter & imperitè ex Italia fugiat, aleam de summa re uno pralio jaciatur festinanter. Romanos imperare fatum est? Annibal à Cannis Romam non petat. Sic in simili, si fatum est Turcarum arma feliciter grassari, promoveri, vincere? Suppetiæ illi ferantur: virgæ compingantur in terga Christianorum, non resistatur.*

§. 4. Sed & Roma Papæa absoluto Fati nexui quasi adamantino illigat indeficibilitatem Ecclesiæ Romanæ, quâ, quicquid illa peccet, stet immobilis absolutè nullo violabilis ævo: inq;ve Româ Papæâ reperias Stoam sectam scilicet Thomisticam, & quæ hujus syncretismo gaudet, Calvinianam: *μίας γνώμης ἔχουσι.* Thomistarum

[d] De nunc Politicis scribit Cornel. à Lap. ad Apocal. 9. pag. 182. Non credent, has plagas à Deo infligi, sed fato, vel mundi quodam morbo, & senectutis quasi fitio evenire, uti senserunt Stoici.



rum decretum proponit Bellarm. eidem suffragatus, lib. 2. de amiff. grat. & stat. pecc. cap. 13. Deus igitur non solum permittit impios agere multa mala, nec solum deserit pios, ut cogantur pati, quæ ab impiis inferuntur; sed etiam præsidet voluntatibus malis, easq; regit & gubernat, torquet ac flectit, in eis invisibiliter operando, ut licet vitio proprio male sint, tamen à divina providentia ad unum potius malum, quam ad aliud. Rursus, ibid. idem Bellarm. hæc addit ex Thoma. Deum non solum permittendo, sed etiam positivè inclinare voluntates malas, inclinando ad unum, & avertendo ab alio, occasionaliter & moraliter, immittendo videlicet cogitationem aliquam bonam, ex qua malus ob suum vitium occasionem sumat judicandi, melius esse huic noceri, quam alii. Clarius Bresserus lib. 3. de consc. cap. 4. p. 281. Communis opinio fuit aliquo tempore in Scholis, quod Deus physicè prædeterminet causam secundam, nec detur in eo scientia conditionalium. Didaci Alvarez. Casp. Rami effata in Hodom. Spir. Pap. Phant. 3. p. 908. sunt allata.

S. 5. Schola Calvinistarum sibi gratulantium de Symphoniâ cum Thomistis. Rivet. tractat. 4. Cath. orth. qu. 6. p. 358. Maresii l. 2. Antioch. revel. c. 1 n. 3. pag. 6. Eius fatalis catena exposita est in Hodom. Spir. Calv. p. 869. Catena causarum & effectuum in vitâ humanâ necessaria, necessitate intrinseca, coelitus determinata, ac absolutè decreta, inscrutabilis. Confer auctores adductos in Hodom. Spir. Calv. phantasm. 3. p. 870, & seqq. Quæcunque in mundo fiunt (ita Piscator part. 1. resp. ad duplic. Vorstii p. 191.) consequenter tam bona, quam mala, ea ex absoluto decreto & speciali præfinitione Dei fiunt & ibid. p. 168. Quæcunque fiunt ex decreto irresistibili, ea fiunt necessariò: Atqui omnia fiunt ex decreto irresistibili. Ergò omnia fiunt necessariò. Et ibidem: Respectu decreti divini futura omnia ad unam partem certò determinata sunt, ac proinde aliter fieri non possunt, quam fiunt, p. 182. Omnia fiunt ex decreto Dei præciso atque absoluto. Et statim, decretum prima & summa eventuum causa est, pag. 131. Verum quoque est, quicumque hodiè vel peccant, vel benè agunt, respectu decreti divini non posse non peccare, aut benè agere, quia quicquid Deus decrevit ut fiat, id non potest non fieri, decrevit autem ut fiat, quicquid fit. Omnia ibid. p. 875. (scribit Voetius part. 1. select. Theol. p. 257.) sunt à Deo absolutè præordinata, & dependent  
ab



ab eius voluntate. Ergò independenter è scientia conditionalium ea decrevit Deus: Nam & ipsas causas conditionales liberas, tanquam providentiæ suæ effectum ordinavit. Quærit Alstedius in summ. cal. consc. c. 7. pag. 20. annon precibus & sanctitate sua homines possint movere Deum, ut mutet decretum suum? Resp. minimè: nam preces & bona opera sunt media subordinata decreto Dei, & proinde ex illo fluunt, non verò illud mutat. Unde porrò, Ratione mensura & gradus, homo non potest plus boni facere, quàm facit, nec plus boni omittere, quàm omittit, quod paradoxum pertinaciter tuetur Maccov. inqq. Miscell. p. 410. ὁμοψήφως citat ibid. p. 417. Si in sensu diviso, ait p. 414. talis homo in seipso consideratur, potuit, id est, potentiam habuit in se plus boni faciendi, quàm fecit, & omittendi, quàm amisit. Verbi gratia; David committens adulterium & homicidium, potuit hæc non admittere, si in ipso potentiam spectes: nam qui toto vitæ cursu potentiam habuit hæc ipsa non admittendi, etiam dum laboretur, eandem habuisse certum est ex eo, quod hæc peccata antea & post evitabat. At si spectes hunc hominem habentem hanc potentiam in sensu composito, hoc est, ratione decreti divini, ratione providentiæ divinæ actualis, & ratione permissionis peccati, tum homo nunquam potest plus boni facere, quàm facit, & plus mali omittere, quàm omittit. Namq; notorium hoc est apud omnes sanos, quod nihil possit agere ultra vires, quas habet. Hæc ille.

§. 6. Dixi absolutè decreta, eò quod voluntas in Deo conditionata nulla sit. Belgica illa Lachesis, Anna Schurmannia, fatorum netrix, in tr. de termino vitæ; p. 9. Omnes, inquit, Poëtæ gentiles in hoc (fatum scilicet absolutum) consentiunt. Fatale decretum inevitabile est. Quocirca, quicquid hic homines contra moliuntur, non injuria irridet Vatum ingeniosissimus.

Tantum ne aliquis sibi posse videtur  
 Fata quoque ut superet  
 ibid. pag. 12. Non te latet, quid olim hæc de re senserit Græcorum antiquissimus, cujus verba hæc sunt: Ζεῦς, ὁ π. δει. ἡρέδης ἐκ τ. θεῶν, ἀ μὴ χανον ἀποτρέψαι ἀνθρώπων, O hospes, quod divinitus contingere debet, homo à se nulla arte avertet. Et augusta sane oratione rem expressit rerum Ecclesiasticarum scriptor eximius: Τῆς θεῶν ἔσσυμματος ἡγεμονίας &c. Ubi divina providentia non committat consiliis  
 actio



actionibusq; hominum, malus iis exitus obvenit, & cogitationibus valde adversus. Nam tunc neque vir consultus, consultus est; nec fortis, fortis; sed etiam sapientissima consilia insipienter desinunt, & generosa maximè ac fortia facta turpem & infamem exitum consequuntur.

§. 7. Jam ex definitione ad definitum justa est consequentia, nec definitum à se declinare potest, qui definitionem jecit. Omnis eventus, actus, casus absolute prædeterminatus absolute immutabilis, est absolute fatalis, causalis, infrustrabilis, ἀναγκάζων, ac (ut barbare dicam) necessitans actum peccaminosum, prædeterminans ad unum oppositorum, prævertens agendi libertatem, præmovens, præinfluens in fluxu speciali, specificans. Eventus belli ac flagelli Turcici judicialis ac pœnalis est eventus, actus, casus, absolute prædeterminatus, absolute immutabilis. Ergò, absolute fatalis. Major nititur definitione fati modo expositâ, Principio itidem contradictionis: quam impossibile est idem simul esse & non esse, tam impossibile, absolute prædeterminatum ac absolute immutabile esse, ut tamen non sit absolute fatale. Assumptio concludit à genere per notam universalem signato ad speciem. Omnis eventus &c. est absolute fatalis. Ergò & præsens eventus belli & flagelli Turcici. Manet, hæc ab origine mundi, Fixa dies bello, populiq;ve in prælia nati. Calumnia igitur est, cum calumniæ nos accusant, Amyrald. in defens. Calv. p. 126. Dogma Stoicorum, ait falsò nobis ac malitiosè objicitur. Esto, cum rigidius illud, quo Numen ipsum catenæ fatali alligatur, non item cum objicitur alterum mollius. Nullum ait Rivet. ad Exod. cap. 13. decretum de fine speramus à decreto de mediis ad finem, nullum de effectu à decreto, de causis ad idem effectum concurrentibus, ut absoluta illa & fatalis, quam vocant, necessitas sit absolutum mendacium, quamvis non fatale. Eadem iterat idem Rivetus ep. de termino vitæ p. 203. Esto non sit absolutum à causarum comitatu, tamen ab illorum libertate.

§. 8. Atque hoc Fati genus est ipsissimum Turcicum fatum, in Mahomerismo quoque adoptatum. Decreta de fato hæc sunt in ea Suratâ, quam Anna Schurmannia ad fatalitatem absolutam raptat p. 10. Eminent inquit aurea illa Alcorani, quamvis cætera stolidi & detestabilis, sententia, Deus triumphat in sua causa etiam si id homines plerique ignorent. Hinc Suliman Filium Bajazerem, Busbequio re-

C

feren-



ferente ep. 2. p. m. 130. monuit, ut curam rerum futurarum relinqueret Deo: nihil istorum nostro geri arbitrio, Dei nutu regna transferri. Si ita fatum esset, ut post suam mortem ipse regno potiretur, id ratum fore, ultroq; venturum ei regnum, neque futurum in manu cuiusquam remorari, quod divinitus statutum esset; sin aliter Deo visum, insanum esse frustra laborare, obniti divinae voluntati, & veluti cum Deo pugnare. Pestis vitanda gratia mitto (ait Busbeq. ep. 4. p. 296.) ad Rustanum rogatum, ut mihi ejus permisso aliquo migrare liceat, ubi sin extra merum aëris contagione infecti. Quod quidem faciebam diffidenter, quod erat mihi cognitum ejus ingenium: faciebam tamen, ne viderer in mea meorumq; valetudine tuenda fuisse negligentior. Respondit Rustanus, se relaturum ad Principem. Postridiè renunciat, eam sic respondisse, quid mihi vellem, aut quo cogitarem? an nescirem, pestilentiam sagittas esse Dei, quæ à proposito scopo non aberrarent? ubi delitescerem, ut ab ejus teli jacta tutus essem? si me percussum vellet, nihil fugam, nihil latebras profuturas. Frustrà vitari, quod evitari non posset. Suas ades ne nunc quidem peste vacuas, in quibus nihilominus maneret, me quoq; facturum rectius, si me loco non movissem. Eandem opinionem imbiberat in Turciâ Mercator quidam Italo-Græcus, professione Christianus, qui nullum captivum redimere voluit. Conjectans (apud Busbeq. ep. 4. p. 293.) Non nisi justo Dei judicio in hanc miseriam conjectos. Nolo venire contra voluntatem divinam: maneat per me, quo loco Deus eos voluit. Vos, qui iis, quæ divinitus decreta sunt, tam audacter interceditis, mirandum non erit, si pœnitebit. Nemo mihi persuaserit, ut vel unum obolum horum causa erogem. Eadem Turcica religio fati divini interpretem statuit eventum hæc enim Turcis insedit opinio (apud Busbeq. p. 301.) ut res quocunque consilio institutas, si bene cadant, ad Deum auctorem referant. Propterea quamdiu incertum fuit, quem exitum Bajazetii conata sortirentur, abstinendas ab infantis injuria manus, Sulcimanus statuit: ne se postmodum res melius vertisset, obniti voluntati Dei voluisse videretur. Fuit mihi aliquando longa super eo cum meo Chiausso disputatio. ibid p. 352. injectâ forte Bajazetis mentione, cepit Chiaussus in eum inclementius invehi, quod arma sumpsisset contra fratrem. Ego contra dicebam, videri mihi miseratione dignum, cui inevitabilis necessitas imposta esset, aut capiendorum armorum, aut cer-

re pe-



ita a peste subeunda. Sed cum Chiaussus nihilominus execrari pergeret. Vos, inquam, immanis facinoris reum facitis Bajazetem. Ad Selinum, hujus imperatoris Patrem, qui non modo contra Patris voluntatem, verum etiam salutem arma tulit, nullius criminis arguitis. Recte, inquit, Chiaussus: nam rerum exitus satis docuit illum, quod fecit, divino fecisse instinctu, & cœlitus fuisse prædestinatum: Tum ego, si hoc more agatur, quicquid, quamvis pessimo consilio susceptum, si benè cedat, rectè factum interpretamini, & Dei voluntati adscribetis, Deum facietis auctorem mali, neque quicquam benè aut segnius factum, nisi ex eventu pendetis.

§. 9. Sunt qui Lutherum quoque in Stoam vel invitum rapiunt criminatores virulenti. Scripserat ille in assert. artic. per Bullam Leonis X. damnatorum, Præliari adversus Turcas esse repugnare Deo, visitanti iniquitates nostras per illos. Bellarm. l. 3. de Laic. c. 16. fatetur Lutherum non negare, bellum contra Turcas esse licitum, quod patet in genere, omne bellum esse illicitum; nam in assertionem ejusdem articuli suadet bellum contra Pontificem, quem Turcissimum Turcam esse dicit; neque quia existimet non habere Christianos justam causam; sed quia voluntas Dei esse videtur; ut à Turca, tanquam flagello quodam puniamur, neque licet nobis Dei voluntati resistere. Spondan. ann. 1526. n. 15. nihil, scribit, pro miserâ Hungariâ decerni potuit, quod domi nihil esset securum à seditiosis subditorum animis, ac Lutherus habito recens sermone, de destructione Jerusalem suam commendans Evangelium impudenti fiducia denunciasset, frustra Principes armis pugnare in Turcos, nisi suum Evangelium reciperent: quod si recipere recusarent, Turcis necessario succubituros. Præter illa, quæ jam aliàs diversis scriptis insinuaverat, præliari adversus Turcas, esse repugnare Deo, visitanti iniquitates nostras per illos; itemq; non licere Christianis bellare, sed vim & injurias pati: denique Turcam esse decies probiorem atque prudentiorem Principibus Christianis; ideoq; nihil prosperi à nostris expectandum esse, nec quicquam contra Turcas contribuendum. Satis categoriarum! at seipsum accuset Spondanus, ut qui hoc Elogio, Solimanno parentarit ad ann. 1566. n. 13. Mortuus est Solimannus anno ætatis sue septuagesimo sexto, Imperii 46. Princeps inter suos pietate, justitia, magnitudine animi, prudentiâ, continentia, humanitate, ac fide in promissis servandis insignis: qui nisi paternas



*manus liberorum sanguine, calumniis inductus Roxolanae conjugis, commaculasset, vix omnino extaret, in quo prater Christianam religionem, jure merito reprehendi posset.* De cætero, os hujusmodi calumniis obstruxit D. Muller. in Luther. defens. c. 24. pag. 306. confer defens. Luther. defens. cap. 24. Cùm Lutherus Turcæ negavit resistendum, non ex fati quadam Diphterâ sententiam dixit, sed ex Lege Christianæ prudentiæ, poenitentiam seriam renisui bellico præmittendam. Quid hic peccavit, nisi quod & Rex ille Parabolicus, Luc. 14. quod S. Lupus negans Attilæ, seu flagello Dei resistendum, laudatur à Cornel. à Lap. ad Jerem. p. 863. Cur in Luthero foetere quod in lupo bene olet?

§. 10. Est verò hujusmodi *fatum* verè *fatuum*; estque ipsa *fatalis catena fatua ac fatuifica*, eo sensu, quo Salomoni fatui nomen in Proverb. frequenter usurpat. Est enim I. NEX liberi arbitrii. Causa libera est, quæ positis omnibus ad agendum requisitis potest agere & non agere: At causa physicè prædeterminata, infrustrabilis, indeclinabilis ipsa quoque requisita, non potest agere & non agere. Ergò non est libera. Ecquid discrepat prædeterminati hominis acti non agentis locutio, à locutione asinæ Bileamicæ? Præsideratio sanè liberi arbitrii libertatem extinguit. Eadem sufflammat monita ad virtutem, dehortamina à peccatis, preces ad Deum fundendas laudum, præmiorum, poenarum monumenta, nisi enim quis sponte ac liberè egerit, laudem actione sua consequitur nullam, lib. 3. Eth. cap. 1. nec sumunt legumlatores de illis supplicium, qui prava & mala agunt *μη βία, η̄ δι' ἀγνοιας, ως μη αυτῶι αἴτιος* non vi, nec per ignorantiam, cujus ipsi autores non sint, sed de iis, qui *ἐν σιωπῃ* sponte sua. Obedire dici nequit, qui non potest non obedire, sive potiùs qui non potest legi sancitæ, præmio promisso, ac supplicii comminationi obediens esse. Indignus is præmio: Et qui non potest legi obedire, indignus est supplicio. Confer *Gründliche Zuführung Darmstadt* p. 1075. Suffragatur Corn. à Lap. ad Philipp. 2. p. 581. *Si enim prævenit Deus meam sollicitudinem, eamque prædeterminat, ut quid ego laborem, ut quid sim sollicitus? Deo id cura est. Deus id certissimè & efficacissime præstabit, mea sollicitudo nihil hic juvat, nec enim esse possum sollicitus, nisi Deus me ad hanc sollicitudinem prædeterminet; & si prædeterminet, non est, quod sim sollicitus.*



titus: quia haec praedeterminatio certissime me faciet sollicitum: Cur ergo o Paule, hortaris nos ad sollicitudinem, cum hac non in nostra, sed in solius Dei sit potestate & manu? Equidem dependentia creaturarum à causa prima inesse, fieri & operari, libertatem agendi salvam relinquit, non item praedeterminatio necessitans. Concurfus causae primae cum secunda generalis requiritur ad omnem actum, non tamen ut horizon determinans, sed ut determinabilis ac determinatus ab ipsa causa secunda. In Deo sumus, vivimus & movemur: sicut aves in aere sine aeris haustu vivere non possunt, non tamen ab aere ita determinantur, quin aere uti possint ad cantilenas, ad volatum quasi pro libitu. Ita divino concursu generali indifferenter, *manus juvenis* quandoque dispensato, utitur homo pro libertate, etsi sine eo nihil operari queat.

§. II. Vident hoc opinionis monstrum ac ideo quaerunt conciliaturas, qui in diversum abeunt. *Fatemur*, ait *Schurmannia* p. 23. *nulli mortalium pervium esse, quomodo scilicet arcana illa, & mirabilis divinae providentiae vis ita voluntatis hominum suaviter poteritque, flectat, ut liberè ac sponte sua id ipsum, quod Deus decrevit, eligant ac prosequantur. Verùm quis dicet mentem humanam mensuram esse rerum, nec ideo pro veris recipi debere, quia captum nostrum, cujus angustias vel in minimis scientiarum experimur, excedunt? Quemadmodum in montem altissimum ascensurus, hoc magis sollicitè via, quantum vis difficili insistit quo periculosius infra se videt praecipitium, ita nos quoque, dum errorum exitialium firmata nexusque, deprehendimus, cum primis veritati adhaerescamus, ne ab abyssu hujus mysterij absorbeamur. Ita tanè, si vicisses, verum esse, quod sanxisti. Sic quilibet fingas licebit, ac ne fictionis furtum transpareat, ut *βὰς* & divinae majestatis praetexere possis. Praestaret profecto hio colum fusumque tractasset in cannabe Foemina alioquin nobilissima, quam factorum texerinam stylo tam periculoso. Secuit nodum ex eadem conciliaturae adynamia, non dissuit Maccov. disput. 16. de praedest. pag. 53. cum contra omnem certò Philosophiam novum portendum Ethicum excogitavit: falsum esse, quod libertas consistat in indifferentia quadam opposita. *Libertas* ait, consistit in spontaneitate, ut mihi sic loqui liceat, quàm ratio praecedit: itaque quicquid quis sponte facit, ratione praecunte, hoc ipsum liberè facit, etiamsi hoc ipsum*



*non potest non facere.* Hæc ille, quâ quidem ratione bestia, cum *in-  
oïas* agunt, etiam agent liberè: sic in bestias e. g. in psittacum ca-  
det virtus, cum carmen Deo canit; vitiumve, cum blasphemat. Nec  
evadit motor Cylindri: sine peccato ille potest motum concitare;  
non item semper motor actuum humanorum. *Nec Calvinus, cum  
scribit, Inordinati appetitus ex carnis nostræ corruptione manant:  
Cor reprobum ideâ subicitur prævis desideriis, quia jam corruptum &  
viciosum erat.* Ita Calvin. in Epist. Jacob. laudatus à Riveto tract. 4.  
Cath. orth. q. 6. p. 349. Idem Calvinus, l. i. inst. cap. 17. n. 5. Un-  
de, interrogat, *quæso fætor in cadavere, quod calore solis tum putrefa-  
ctum, tum referatum fuerit? radiis solis excitari omnes vident, nemo  
tamen eos fætere ideò dicit: Ita cum in homine subsideat mali mate-  
ria & culpa quid est, quod inquinamentum aliquod contrahere pute-  
tur Deus si ad suum arbitrium utatur ejus ministerio.* Eandem ri-  
mam quæsit Lipsius L. I. Politic. cap. 4. Trismegistum secutus  
Patronum, cujus hæc est sententia. *Ab ipso Conditore nihil malum  
aut turpe esse existimandum est. Hæc enim sunt affectiones quedam  
adherentes, & concomitantes ipsam generationem, sicut erugo es, &  
sordes corpus. Atqui nec eruginem faber fecit, nec sordes auctor pro-  
duxit, nec malitiam Deus.* At hic ipsissimus est Stoicismus mollior!  
nam Stoa transtulit culpam in materiam, concitationem tamen &  
determinationem fato reliquit. Esto enim mali actus è materia &  
radice luis originalis fluant in genere causæ materialis; tamen in ge-  
nere causæ efficientis sunt à voluntate Dei ac decreto. Is est causa  
moralis, qui vult efficaciter aliquid esse in rerum natura, e. g. incen-  
diarius est causa moralis domus in flammam conversæ, quia tametsi  
in genere causæ materialis lignum sit combustibile, ignis in genere  
causæ efficientis physicae sit causa urens, tamen quia ignis non usisset,  
nisi voluisset incendiarius, is utique causa est incendiarii moraliter.  
Sicut Lunaticus, cujus fit mentio Matth. 17, 15. habuit in se pravam  
& peccantem dispositionem; sed lunæ illapsu illa interior malitia in  
actum ducta est; Ita in peccato morali gemina causa occurrit, una  
in subjecto pravè disposito, altera in Deo siderante & compellente.  
Deus sanè est opifex ipsius naturæ, totius. Regerunt: *duo esse ejus  
principia; Activum unum, mentem æternam; & passivum alterum,  
materiam coæternam. Mentem esse optimam: sed materiam que-  
dam*



nam inesse vitia: eoque hominum alios aliis esse meliores, prout ex meliore vel deteriore sunt materia; neque in mala natura esse aliquam opificis culpam, qui ex materia istiusmodi id fecerit, quod potuit: quomodo nemo, quod vitreum aut fictile vas, fragile sit, aut quod vas ferreum ferrugine obducatur, artem fabri culpaverit, cum hoc vitium constet ex materia, non opifice. Valeat hæc exceptio in fabro ferrario (per quem si stetit, fecisset gladium omnis rubiginis securum) qui ferrum non fecerit, sed gladium ex ferro: at in Fabro hominis æternum valeat: qui si fabricavit hominem cum peccati commatu non fecerit omnia bene, non fecerit hominem rectum. Artifex materiam mutare non potest, Deus potest. Nec juvat exceptio  $\tau\acute{o}\ \epsilon\upsilon\chi\alpha\sigma\tau\acute{o}\nu$ . Certum est, inquit Chamier Tom. 3. l. 2. cap. 1. p. 9. voluntatem moveri à seipsa: indeque ejus effecta dici  $\epsilon\upsilon\chi\alpha\sigma\tau\acute{o}\nu$ . Est enim  $\delta\epsilon\epsilon\gamma\iota\varsigma$  at omnis  $\delta\epsilon\epsilon\gamma\iota\varsigma$  est spontaneus motus in objectum, cum movetur extrinsecus, nunquam sic movetur, quomodo instrumentum inanime, ut motus nullo modo sit ab ipso. At maneat licet  $\tau\acute{o}\ \epsilon\upsilon\chi\alpha\sigma\tau\acute{o}\nu$ , nec sit violentia, quæ est à cælo impressio, eò quod naturalis inclinatio non abhorreat; deficit tamen  $\tau\acute{o}\ \alpha\ \Delta\iota\acute{o}\phi\omega\sigma\tau\acute{o}\nu$  sive libertas contrarietatis in eligendo bono malove sphaeræ inferioris, & libertas contradictionis ad repulsam gratiæ divinæ & non repulsam. Nec homini majorem libertatem relinquit, quam (non dicam Clero Papæo in Senatu Tridentino, ex præfideratione Papæ coacto, ex afflatu Tiberino præmoto ac determinato, ubi quicquid Curia Romana decrevit, expediendum fuit, sed) bestia, nam & equus cum genialiter ferocit, non agit coactus, num ideo liberè? Aliàs differentia inter libertatem & lubentiam luculenta est. Summa libertas est in Mercatore, merces in mare abjicientis illibentissimè: Contra summa lubentia in nepote qui in venerem prurit furitque, libertate affectibus cæcata. Nec porro cataractam consequentiæ opponunt exempla eorum, qui tamen etsi prædeterminationem agnoverunt, pietati tamen ac virtuti nihil secius studuere; ac etiam in Stoa invenisses homines virtuti addictos. Zeno sectæ Stoicæ conditor apud Laërt. in Zenone adagio ansum dedit,  $\tau\acute{o}\ \zeta\eta\omega\nu\ \epsilon\upsilon\chi\alpha\sigma\tau\acute{o}\nu$ , tamen idem Zeno apud Laërt. lib. 7. Cum servum suum ob furtum accusatum, captum atque ad crucem deductum videret; in maxima hominum corona exclamaret: O perditæ, quid te ad hoc malum impulit? audire coactus est à ler.



à servo, ô stulte Philoſophe, quis me hoc fatum docuit? hoc audito, Zeno rubore suffusus, clanculum sese subduxit. Etiam Epicurus vixit laudatius, quàm docuit. Habent & Calvinisequæ alia principia vivendi, alia differendi. Cæterum in præscientia divina relata ad actus humanos relatione non causali, sed quasi adjunctiva, locum habet distinctio sensus compositi & divisi, ac dicere fas est, actum humanum divisim consideratum in se esse liberum; ex hypothese autem infallibilis præscientiæ, necessarium; sed in actu divino relato ad actum humanum, relatione causali & necessitante, hæc distinctio frustra est. *Dialogista* apud *Masson*. part. 3. pag. 62. urget exemplum Christi, qui volens passus est, & tamen necessariò, *vermög des ewigen Rathschlusses*. Resp. Christus necessariò passus est, non vi decreti impellentis crucifixionem activam, sed necessitate veracitatis, cui semel condixit se passurum. Nec denique *confatalitas* laplam causam erigere potest, ad quam digitum intendit *Rivet*. ad *Genes*. exercit. 95. p. 466. *Ex quibus sequitur decreta præcisa & ut loquuntur peremptoria de salute alicujus, sive temporali, sive æterna, non reddere admonitiones, aut minas inutiles, quia veniunt in rationem mediorum, & aliis mediis procurandis inserviunt in executione decretorum divinorum.* Hoc certum est, Deum nolle suos perire, idq; etiam, quia Deus contrarium decrevit fieri non posse; subinde tamen vult eos hortationibus excitari, ne pereant. *Decreverat Deus se Ezechiam à morte liberaturum* *Esa.* 38, 1. & seq. voluit tamen ut à Propheta moneretur, imò mortis, tanquam certa secundum naturalium causarum dispositionem, eidem fieret denunciatio. *Aliter nihilominus statuerat; sed decreverat & in curatione, & dierum productione, præmittere tanquam antecedens in executione, etsi non in decreta pœnitentiam & preces Ezechie, & malagmatis applicationem.* Sic Deus *Lothum servare decreverat; voluit tamen, ut ab Angelis excitaretur minis, eiq; ob oculos ponerent fulmina, quæ suo & suorum capitibus imminebant, ut pereundi metus ad obedientiam Deo reddendam concitaret, & non periret.* In cassum ista! Quæro enim, justè & validè hujusmodi hortationibus obsecundare, in mea libertate situm sit, annon? si? cadit prædeterminatio, sin? cadit libertas arbitrii. Pergit *Rivetus* exercit. 113. in *Genes*. p. 555. *Disposuit etiam causas secundas & conditiones prævias & quas hunc effectum in actum producere voluit, inter quas ponimus*



nimus preces & similia piorum exercitia, quemadmodum Paulus certus de salute suorum, tamen centurioni dixit: Nisi hi in navi manserint, vos servari non potestis. Media quidem subordinat, sed ut confatalia passiva magis, quam activa; ut absolutè & ineluctabiliter coherentia. Neque sanè perinde ut Deus voluit salutem Comitum Pauli sub conditione libera, si manerent nautæ in navi: Ita Calvinianis sub eadem conditione liberâ Deus vult nostram salutem. Etenim qui credunt, non possunt non credere, moti scilicet efficaci ac irresistibili impulsu.

§. 12. II. *FEX Orci*, cum peccati causam & comeatum in Deum optimum refundit. Omnis namque causa præterminans voluntatem ad actus malos hos potius quam illos edendos, est causa vera ac propria malitiæ seu peccati. Sicut scriba malo calamo usus ad vitia literarum, ipsius etiam malæ scriptiois causa est; sicut Ana determinans equam & asinum ad generationem muli, ipsius monstruosæ generationis causa est: eques determinans equum ut contra genialem impetum ferociat, ipsius ferociæ causa est: neque in homine Thomisticè determinato, major est agendi libertas, quam in equo. Deus est causa hujusmodi. Ergò. Majorem agnoscunt Pontificii communiter, cum ex hoc puncto Calvinianos accusant bestialis religionis, quæ Deum faciat causam peccati: Ita quo tu judicas alium, eo ipso es *ἀνομιαν ἐπιτελεῖς*. Eandem consequentiam agnoscunt Lessius l. de grat. offic. cap. 3. *Ex Thomistica præfinitionum doctrina sequi Deum propriè auctorem esse omnium peccatorum, adeo, ut proprium ejus sit opus non minus proditio Judæ, quam vocatio Pauli* (illud scilicet ipsum paradoxum, quod ut Lutherani & hæretici Tridentini damnarunt apud Petrum Svavem p. 228.) *Si concedatur* (ait Perer. in Tom. 1. disp. 21. num. 118.) *Deum propriè loquendo inclinare voluntates hominum ad mala, movere scilicet ea, ac determinando, quomodo negari poterit, Deum esse veram causam, verumq; authorem mali?* subscribit Tanner. Tom. 1. Theol. Schol. q. II. dub. 1. p. 589. *Nemo, inquit, magis authorem peccati alicujus & in universum alicujus operis, quam qui sive moraliter sive physicè præmoveret, incipit, prædefinit, prædeterminat, seu prævio ac principali concursu causat opus aliquod. Non enim quisvis operando aut cooperando aliquid efficiens, dicitur machinator rei, quem Græci ἀνομιαν ἐπιτελεῖς*



seu *causa* vocant, autor peccati optimo jure & usitato more modoque loquendi dicitur ille, qui est autor operis, cui adjuncta est malitia peccati, etiam si interim malitiam ipsam formaliter non attendat, nec velit, sed bonum aliquod utile vel delectabile actu malo conjunctum, aut ex eo subsequens, ut patet in authore conspirationis, ob regni cupiditatem suscepta. Cum ergo Deus planè futurus sit autor operis mali, si ad hoc ipse praeveniat, negari etiam non potest, eum, ex ea hypothese peccati quoque authorem futurum, esto non intendat, nec velit ipsam per se malitiam, sed solam rationem entitatis actus malo existente. Conneo jactante in araneo p. 54. ingens pro Jesuitis pondus est, quod ex inde ( Thomistarum scilicet sententia ) confici clarè videatur, id quod Calvinus docuit, Deum esse causam peccati simpliciter, p. 55. Probabilius nostris videtur Diducum Alvarum, & ipsius consortes virtualiter hoc dicere, sive ex praedeterminatione physica ab illo explicata, per consequentiam id satis clarum confici. Ad Alvarezii aliorumque effugia responsum est in Hodom. Pap. Phant. 3 p. 905.

§. 13. Sed & Calviniani non solum consequentiam admittunt, Palatini in Anhang. p. 174. Wann die Calvinisten lehren/ daß Gott in seiner ewigen Vorsehung jemand zur Sünden zwinge/ so machten sie ihn freylich zum Ursacher der Sünden: sed & assumptionem ponunt. *Calvini vox est in Harm. Evang. pag. 333. semper nobis occurrat Dei providentia, cui Judam ipsum, & omnes impios ( licet invitos & aliud agentes ) parere necesse fuit. Liceat mentem Calvinii explicare aliquo simili, quod ipsemet suggessit in Comm. ad Act. 28. p. 252. nec casu erupit ex sarmentis vipera: Sed Dominus, quod in Evangelij sui gloriam fore videbat, eam ad mordendum Paulum arcano suo consilio direxit. Palatini in ausführlichem Bericht cap. 7. laudati à Massonio, part. 1. cap. 30. pag. 1068. Gott hat den Ziegel in der Hand / wie etwan ein Mensch ein Thür an einem Strüß führet/ daß er entweder frey für sich gehen lassen / oder zurück ziehen / oder hin und her lencken kan / weiß sie auch in ihrem bösen Lauff durch den Zaum seiner Vorsehung also zu lencken/ daß sie mit ihrer Bosheit nirgend anfallen müssen/ als wo er wil. Wie man dessen ein statlich Exempel hat an dem Simeon / der war ohne daß dem David feind. Da brauchte ihn Gott darzu / daß er seine Feindschafft gegen dem David eben damals außgiessen mußte / da*  
Gott



Gott den David durch ihn züchtigen und demüthigen wolte. Wie es David wol erkennete. Da er sprach / laßet ihn suchen; denn der Herr hats ihm geheissen. Fluche David. Wer kan nun sagen! / warum thust du also? 2. Sam. 16, 10. Nicht hat es ihn Gott geheissen durch einen äußerlichen Befehl / sondern er hats ihn geheissen durch seine verborgene und unerforschliche Schickung / damit er den bösen Ketten-Hund dahin lenckte / daß er eben den David anfallen und beißen mußte. Gleichwie er durch seine verborgene unerforschliche Schickung den Raben geboten / daß sie den Propheten Eliam versorgen sollten / 1. Reg. 17, 4. Und dem Walsfisch / daß er Jonam ans Land speyen solte. Jon. 2, 11. confer Hodom. Calvin. p. 944. manus præbent, qui hujus consequentiæ consequens audacter asserunt. Loca allegata sunt in Hodom. Calv. pag 937.

§. 14. III. ILLEX peccati hoc ipso, quia est causa peccati, tantoque peior, quanto pejus est illicere, quam sequi. IV. LEX iniqua & Tyrannica, cum damnat innocentem, nihilque demeritum. Nunquam enim homo peccat, uti rectè colligit Tannerus, nam quicquid homo agit à Deo actus, benè agit non malè. Deum enim præmotentem sequi malum non est, sed necessarium. Impie, inquit, Adam Conzen, in ep. ad Rom. p. 519. *de judice universi sentiunt, & ejus justitiam in Tyrannidem convertunt, qui fingunt, Deum suo decreto hominem ad mortem, ad scelera creare, ut sedeat vindex sceleris, ad quod induxit tortor creaturæ, quam noxiam esse coegit; ut perdat animam, quam, ut justè perdere cogeretur, fecit nocentem. Quanquam ille reverà innocens non est, quam vis irresistibilis impulit, ut vellet, ut ageret. Ita efficitur, inquit Lips. l. 1. Polit. cap. 4. quod est miserrimum, ut quod accidit, etiam meritò accidisse videatur; & casus in culpam transeat.* In margine adscribit, vulgi judicio: Imò recto & Logico judicio! quomodo enim demerito, quod nullo nostro sensu, nutu, motu fit?

§. 15. IV. OBEX fiducia ex promissis divinis hauriendæ; timoris, è comminationibus admittendi, studij itidem, virtutis, industriæ. Αεγός λόγος! si prævenit Deus, (ita Corn. à Lapid. ad Phil. 2. p. 587) meam sollicitudinem, eamq; prædeterminat, ut quid ego laborem, ut quid sim sollicitus? Deo id curæ est, Deus id certissimè & efficacissimè



prestabit mea sollicitudo nihil hic juvat, nec enim possum esse sollicitus, si Deus me ad hanc sollicitudinem prædeterminat; & si prædeterminet non est, quod sim sollicitus, quia hæc prædeterminatio certissime me faciat sollicitum: cur ergo o Paule nos hortaris ad sollicitudinem, cum hæc non in nostra, sed in Dei solius sit potestate & manu? sic (inquit Cicero) interrogant; si fatum tibi est ex hoc morbo convalescere; sive Medicum adhibueris, sive non, convalesces: Et alterutrum futurum est, Medicum ergo adhibere nihil attinet. Pergit autem Cicero: Recte genus hoc interrogationis ignavum atque iners nominatum est, quod eadem ratione omnis è vita tollitur actio. Pergit rursus. Licet etiam immutare, ut sati nomen non adjungas, & eandem tamen teneas sententiam: hoc modo: si ex æternitate verum hoc fuit; Ex isto morbo convalesces: sive adhibueris medicum sive non, convalesces. Itemque, si ex æternitate hoc falsum fuit, ex isto morbo non convalesces; sive adhibueris medicum, sive non adhibueris, non convalesces. Hæc absimile est dilemma, aut prædestinatus sum, aut non sum, vel quod idem est, electus sum ab æternitate ad perpetuam gloriam; aut reprobatus, destinatusque ad sempiternum supplicium. Si prius; ergo quicquid agam, perire non possum; si posterius; Ergo quicquid melior, servari non valeo. Alterutrum porro necessarium est, quare & quicquid faciam, cum nihil proficiam, ecquid est quod curare debeam? Item si prædestinatus sum, non potest me damnare nequitia; si reprobatus, nihil me virtus adjuverit. Atqui alterutrum sum; Quare non est cur me divexam, sed omnino genio indulgendum est, cum hoc nec prædestinationem impedire valeat, nec promovere reprobationem. In nostra schola facile respondetur, per te stare, ut non repellendo gratiam prædestinatus, repellendo reprobatus fueris. Equidem Deus infallibili præscientiâ, sis ne prædestinatus, an reprobatus? novit ab æterno, sed consequenter ad suum decretum: nec decretum suum fecit, nisi prævidens, quid esses facturus. Quamobrem ista tua voluntatis actio antecedit in prævisione, & decretum Dei de prædestinatione, aut reprobatione tua, & divinam de tua perpetua vel felicitate vel infelicitate præscientiam. Non quod istæ antecessiones & consecutiones temporaneæ sint; sed modo humano sic concipiuntur, respiciendo nostram ad idæ Doctæ Liberi arbitrii, Dei que ter maximi naturam. Neque vero est, quamobrem opponas, esse ergo in te, ut Dei decre-

tum:



tum mutabile facias; quoniam illud factum non est, nisi supponen-  
 do, quid esses acturus; & immutabilitas ejus est ob necessitatem ex  
 suppositione, quæ de libertate deminuit nihil. At in schola adversa  
 hunc declinare ictum est impossibile. Obtusum nimis acumen est  
 de confatalitate conceptum. *Quadam sunt in rebus simplicia, qua-*  
*dam copulata. Simplex est, morietur eo die Socrates. Huic, sive*  
*quid fecerit, sive non fecerit, finitus est moriendi dies. At, si ita fa-*  
*tum sit, nascetur Oedipus Laio, non poterit dici, sive fuerit Laïus cum*  
*muliere sive non fuerit. Copulata enim res est & confatalis, (sic enim*  
*appellat) quia ita fatum sit, & concubiturum cum uxore Laïum, & ex*  
*ea Oedipum procreaturum: Ut, si esset dictum, lætabitur Olympiis*  
*Milo; & referret aliquis, sive habuerit adversarium, sive non habuerit,*  
*lætabitur, erraret. Est enim copulatum, lætabitur, quia sine ad-*  
*versario nulla lætatio est, omnes igitur istius generis captiones eodem*  
*modo refelluntur, sive tu adhibueris medicum, sive non adhibueris, con-*  
*ualesces, captiosum. Tam enim est fatale, medicum adhibere, quam*  
*convalescere. Cic. l. de fato, Seneca l. 2. qu. natur. q. 35. Hoc, inquit,*  
*habent commune nobiscum, quod nos quoque existimamus, vota profi-*  
*cere, salvâ vi, ac potestate faterum. Quadam enim à Diis immortali-*  
*bus ita suspensa relicta sunt, ut in bonum vertant, si ad motæ Diis preces*  
*fuerint; si vota suscepta. Ita non est hoc contra Fatum, sed ipsum quo-*  
*que in fato est. Non attendunt hi Sophistæ, hoc ipso tolli liberum*  
*arbitrium. Quomodo enim liberè uxorem duxeris, si confatale*  
*fuit? Nulla cura sponsæ eligendæ, nulla ducendæ super fuerit, ubi*  
*illa adducetur fato infructabili. Nec multo subtilius hanc difficul-*  
*tatis plagam effugit Rivotus, cum ad Exod. 23. p. 11. notat. Quod*  
*vulgò dicitur, is quem patibulum expectat, aquis submergi non potest,*  
*id etiam trahitur ad profanas illas cogitationes. Sed aliter pij con-*  
*cludunt; Cum Deus determinaverit dies meos, nec terminus ille mihi*  
*sit notus, ad quem Deus me perducturus est, prout videt expedire, ego*  
*ita ipsius providentiæ acquiescam, ut tamen omnia, quæ jubet, sive ad*  
*corporis sustentationem sive ad animæ culturam, dum tempus habeo,*  
*procurem; paratus semper ad januæ apertionem, cum sponsus venerit.*  
*Scilicet ut rustici oneribus pressi, was wir müssen thun / das thun*  
*wir eben gern. Ut qui in vincula (ita Lips. loc. cit.) à Lictore du-*  
*citur, plerumque sponte it, trahendus tamen, nisi eat; Ita hic. Non*



quæstio est de Ethicâ ad decretum accommodatione, sed de Logicâ  
consequentia, an quod quis agit præsideratus, liberè agat? an satis se-  
curitati carnali cautum sit? an fato (cum de eo liquidò constat) acti,  
ipsi quoque agere teneantur? certè si terminus vitæ mihi fato ante-  
cedaneo ac necessitante, una cum fatali mediorem catena definitus  
est, licebit mihi esse otioso, expectare columbam per ventos assam:  
rectè colligam, si sic se res habet, sive edere velim, sive non edere, vi-  
vam quousque horizon vitæ cœlitus est prædeterminatus. *Quid  
ergò (ita J. Lipsius loc. cit.) inquires, nihil agam, & permittam omnia  
fatis? Stulte, imò viam inibis, quæ ad fata ducit, & hoc quoque ex  
fato, Remi tamen movendi in hac cymba, Deo ad clavum sedente. Fe-  
licia illa vis? allabora. Non enim votis, neque suppliciis muliebribus  
auxilia Deorum parantur, vigilando, agendo, prosperè omnia cedunt.  
Salust. Catil. Nec expecta, nihil agenti in sinum de cœlo devolatur am  
victoriam aut fortunam esse. Tibi quis hic fructus? Iste ut verè pius  
sis, & fata sequare, id est, Deum. Quid enim est viri boni? præbere  
se fato. Senec. de provid. cap. 5. sub fin. Tibi quis hic fructus?  
fructum unum & præcipuum expressi, Patientiæ; licet alterum nunc  
addas, scientia. Stulte! sive enim sciveris hoc tuum fatum esse: si-  
ve nescias, vel non certò scias. Si? nihil tibi curæ erit fato se præ-  
bere, quod se tibi ultrò præbebit, & excitabit ad patientiam, ad re-  
mos te coget: victoria tibi è cœlo advolabit in sinum, ultrò. Sin?  
Stultè allaborabis fati vento, aliò ferenti, quàm quò tu tenderis. Sit  
e. g. fatum ut ditescas è militiæ prædis, tu interim thesauros in cultu  
agri quæras, annon id stolidè? conjectura mentis lubricitatem non  
potest consolidare. V. FORFEX ipsius catenæ fatalis. Consistere c-  
nim nequeunt unà fatum absolutum & divinatio, cujus tamen gratia  
illud effictum & hæc adamata est. Eccui enim bono indago fato-  
rum? an ad spem consolidandam, si secunda fluunt; an ad pruden-  
tiam præservatricem, si adversa ruunt? Stulte, quid consolidas, quod  
absolutè ac immobiliter certum sine formidine oppositi? Unde præ-  
venies Τὸ μὲλλον absolutè? Quis si scrutari & odorari potest aliqua  
conjectura è themate suo astrologico sortem suam, illi statim se sic  
præbeat, ut obsequatur; nec sapiens dominetur astris? Taceo damna  
ex divinatione nata, e. g. Constantini Irenes Filii à Pancratiō Astro-  
logo in cladem necemque præcipitati ap. Paul. Diaconum. l. 23. c. 51.*

§. 16. VI.



§. 16. VI. *AUSPEX Atkeismi*, quem jam olim Jovi imputavit Lucianus in eo Commentario, qui inscribitur *Ζεύς ἐλεγχόμενος*, in quo Cyniscus ex Jove percontatus, *vide Jupiter*, ait, *etenim verisimile est & tibi videlicet Homeri atque Hesiodi lecta esse poemata*. Dic ergo mihi, num vera credenda sunt ista, quæ de Fato & Parcibus illi consarcinatis cecinerunt versiculis. Et an nullo modo ea vitari queant, quacunque illi cuique nascentium fatali decreto advenerint. Jup. Et valde quidem vera sunt ista. Nihil enim extrâ Parcarum legem fieri credendum est, atque adeo præter linum. Regerit Cyniscus ibidem: Cujus ergo gratia vos is nos homines sacrificamus? Quamobrem Hecatombas vobis ad aras adducimus, votis expetentes bona nobis vestra largitione contingere. Neque enim video, quem fructum ex tanta cura & sacrificandi studio capimus, si neque malorum aversiones ipsis precibus invenire possumus, neque aliud bonum divinitus datum consequimur. Et mox, minanti Jovi, Tolle, inquit, Minas o Jupiter, certe enim persuasum habeo, nihil me mali passurum, quod ante mihi Parca sufferendum non destinaverit. Opinor, forte in fatis non esse, ut capti scelerum poenas expendant.

§. 17. Subductis nunc omnibus rationum calculis, hoc sequitur *συμπέρασμα*, Flagellum fati Turcici esse fatale absolute, ac illicio divino ad peccandi necessitatem prædeterminatum: nec posse Turcam aliter quam sancto Dei decreto se præbere: bipatentes portas aperiri ameliæ, apraxiæ, amachiæ. Tolle enim gubernatori perveniendi spem, in mediis fluctibus incertus errabit: Tolle militi coronam, lentus jacebit in stadio: Tolle piscatori capiendi efficaciam desinet jactare retia. Ambros. l. 2. de poen. cap. 3. Sicut enim optime legitur, Rex Sionæus sedet in monte *ἀσραλὲτω*, aque omni conditione abstracte ac perpetuo regnabit, ergo frustra furunt gentes. Ergo in cassum laborant Cyclopes, illum è folio dejecturientes. Ita stat absolute immobiliter, indeclinabiliter Turcam Christianos bello laceffere, in Diphtherâ æternâ sic scriptum est. Quod scriptum est, scriptum est. Ergo frustranea est poenitentia! frustranea ad poenitentiam è suggestu exhortatio: frustranea litania publica; Turcæ resistendum non est, hoc enim fuerit *Θεομαχῆν*. Si fatum est, Turcam vincere; non militabis contra. Si fatum est Cæsarem vincere, frustra illi succurres ope, quam fortissimam sentiet à fato. Tune angelo



angelo Assyriorum exercitum prostaturo opem feras? stolidè! Ergò,  
ô Christiani, abstinete manus Deo adversas. Cedite Deo! qui de-  
precatur mala ventos pascit. Quis militabit contra torrentem, quis  
hiscere audebit contra hostem extrema interminantem? quis non  
rigebit acinace conspecto & clamabit: O fati diras, ô inexorabile fa-  
tum! Hi Stoæ Pseudo-Christianæ fructus sunt.

THEORIA SECUNDA.

OCULI, FATI HYPOTHETICO  
ac sapienti, illuminati, repræsentatrix.

§. I. Christianè magis *fatum flagelli Turcici*, ac penitus a-  
spectatum & dexterius repræsentatum, est quidem 1. *Absolutum ac*  
*prorsus immutabile in Θεοις*, quæ universitatis rerum Dominus or-  
dinario causarum fluxui interjicit, ceu dominationis suæ omnipo-  
tentis monumentis; in fortuitis casibus, in judiciis, viisque inscruta-  
bilibus, in horis divinis ac determinatione sortium *ωρεσ το τιγγ) υδν*.  
Stupendum profectò permissionis cœlestis Θεου est, quod Imperium  
tàm violentum, tàm sævum, tot parricidiis

*(Hanc se viendi necessitatem Busbeq. epist. 1. ex ratione status videtur excusare  
velle propter militum prætorianorum sublestantem fidem, qui, si quis fortè fratrum sit,  
præter eum, qui regnat, superstes, congiariorum petendorum nullum finem faciunt.  
Si recusantur, statim auditur, saluus frater sit: Fratrem Deus nobis servet: quo  
verbo designari illum imperio non est obscurum; adeò ut fratrum sanguine manus  
polluere, & à parricidio regnum auspiciari Turcicis Imperatoribus sit necesse. Sic  
ibid. Patris & fratrum eadem excusare solebat Solymus. Melius esse prævenire,  
quam præveniri. Respondet Arniseus l. 1. de Republ. c. 2. sect. 9. n. m. 2. p. 449.  
Metus mortis non est satis certus in hoc casu, & potest mitioribus remediis tolli.  
Imò de ipsa necessitate distingvit Arist. 3. Eth. cap. 1. dum ait: Sunt autem quæ-  
dam fortasse, ad quæ impelli nemo pati debeat, potiusq; oppetenda mors gravissi-  
mis toleratis cruciatibus: ad quam sententiam accommodari potest exemplum  
prorsus huic negotio conveniens. Ridicula, inquit, videntur, quæ ad eadem ma-  
ternam Alcmeonem Euripidis impulerunt. Nec tantum supplicium quod ante  
culpam per scelus ab innocenti sanguine sumitur prætextu salutis publicæ satis ex-  
cusatur, tùm quod mala rationem boni nunquam subire queunt, quæ non sint fa-  
cienda, ut eventu suadeant bona, tùm quod saluti Imperatoris & tranquillitati re-  
gni mitiori ratione consuli possit. Nam Romani quoque Legiones habebant usq;  
ad tempora Constantini M. à quibus licet deicerentur sæpe etiam boni Imperato-  
res & pro libitu crearentur novi, quod incommodum perpetuò junctum fuit cum  
commodis legionum, pacificè tamen successores legitimos admiserunt ab Augusto  
ad Ottonem, à Vespasiano ad Commodum: nec cum Morte hujus vel illius impe-  
ratoris expiravit anima totius Reipublicæ. Aut si legiones sine fratricidiis ha-  
berè*



beri non possent, nunquid satius foret carum numero viribusq; paululum detra-  
here, & Rempublicam tutiori Vallo muni re, quam sibi ipsi necessitatem scelerum  
imponere? Imo ex metu mortis, qua fratribus minoribus natu imminet, gravius  
concussam esse Remp. Turcarum, quam potuisset concuti seditione fratrum, si in  
viris relictis, & successione exclusi fuissent, tam ex ratione, quam serie historie  
constat. Qui enim sibi moriendum videt, nisi occidat, annon illum daturum om-  
nem operam putas, ut praveniat potius, quam praveniatur, occidat, quam occi-  
datur? Abyssini & Chineses, ut hoc incommodi effugiant, nec tamen regna di-  
vellant, Regios filios, excepto primigenito, monti, quem Abyssini Angam vocant,  
aut castris includunt, unde post mortem Regis pro ordine atatis, aut prerogativa  
qualitatum ad Regni gubernacula depromuntur, quemadmodum tradit Francis.  
Alvarez. & ex ejus relatione Damian. à Goes, in histor. Afr. Job lib. 28. histor.)

infamatum tot seculis durare potuerit; quod arbor Otomannica ad  
stirpis usque extremum ramentum decisa licet, tamen

*Ramo uno evulso, nunquam defecerit alter.*

Nimirum ut, quemadmodum Damocli gladius, ita Christianæ genti  
semper immineret virga minax, cum Selymus I post annum VII. Im-  
perii moreretur, eo jam res redierat, ut non superesset, nisi unus So-  
lymannus, cui si aliquid quoque humanitatis contigisset, aut si decef-  
sisset, antequam ex una concubinarum sobolem masculam suscepis-  
set, quo loco putas res Turcicas fuisse futuras? Annon tantum Im-  
perium inter Bassas & Beglerbegos distractum fuisset, perinde, ut  
dominatus Alexandri Magni inter Duces? Habet Dominatus Otto-  
mannicus suam periodum ac periodi mensuram, cœlesti calculo de-  
signatam, quantam autem, & quousque? non liquet. Verisimilius  
est, inclinare ejus potentiam ad decremента, quàm altius assurrectu-  
ram. Si quinque seculis orbis fatalis plerumque constat (notatore  
Bernegg. ad Tacit. quæst. 153.) jam Ottomannicus furor ultrà dimi-  
dium sui orbis egressus est, expirationi vicinus. Mahometismus,  
inquit, Cornel. à Lap. in præfat. ad Prophetas minores p. 14. jam ef-  
fectus consenescit, & sponte sua ad interitum ruit: peregit ipse suum  
seculum, suam vixit etatem, magnam utique mille annorum, quibus  
stetit viguitq; impia Mahometi Lex, iisq; elapsis occasurum olim Ma-  
homet ipse prædixit: jam ergò decrepitus occasui vicinus est; ad dura-  
tionem Corniculi Danielis hæc notat D. Pappus pag. 229. Per hanc  
Phrasin tempus & tempora & dimidium temporis longam durationem,  
sed tamen certam, & ab ipso Domino definitam, ejusque solius cognitio-  
ni reservatum intelligamus: ut sit in hac nota consolatio, pro iis, quos

E

Anti-



*Antichristus Romanus vel Tyrannis Turcica graviter oppressos tenet, esse videlicet eis certas & terminorum & temporum metas præscriptas.*

§. 2. At idem fatum Flagelli Turcici est II. *Hypotheticum ac judiciale*, peccatis eorum, qui Christum ferunt ore, corde Antichristum foveant, coluntque, lacerant. Deus est Pater luminum non tenebrarum, à quo auctore & ex quo nullum est malum, ab eo & ex eo etiam non est flagellum Turcicum. Sicut omne bellici flagelli fatum causas habet evidentes in hominibus, suamet malitiâ hujusmodi sibi procellas intempestuosas attrahentibus, ita & hoc præsens nondum depræliatum. Sic autem fluit hujus fati chorea. Si Germania Christiana peccatis cum atrocibus aliis tum vel maximè Idololatriâ in dæmoniorum cultum terminatâ, martyricidio, pharmaciâ, fornicationibus, furtis impune, ac impoenitenter perpetratis divinam Nemesein laceret, luat flagello Turcico. Fati hujus lucem vidit S. Johannes Apocal. IX, 13. & seq. ubi hæ causæ, immissi Exercitus leontocephalici, hoc est, (ut paulò post evincetur) Saracenicæ Turcici, clarè referuntur, adoratio simulacrorum & per hæc Dæmoniorum homicidia, veneficia, fornicationes, furta, fusius explicata in concion. Turcicis ex 2. Reg. 6. Est enim querela de non cessante malo, certa index causæ mali: sicut in simili diceret hic Pater castigat filium, hic tamen obfirmatus non desinit ludere aleâ. Ergò ludus aleæ causa est virgæ. Jam Idololatria in Dæmoniorum cultum terminata, cum analogica tum terminativa, eo ævo, quo Saracenicum flagellum sævire cœpit, orta est: promovit Irenes Augustæ patrocinio Synodi que Nicenæ Sacramento: ac Francofurtensis Concilii decreto posthabito, in hippomanicos furores exarsit; atque Evangelicæ luci redonatæ non cessit. Neque hoc seculo planè depuduit, id quod evidenter demonstravimus in hodomor. spiritus patris phant. 6. p. 1225. & seqq. in conc. an. Turc. ad 2. Reg. 6. p. 94. Ipsas imagines in se, non solum, ut prototypi vicem gerunt, religioso honore dignas esse palam profitetur Bellarm. l. 2. de Eccles. triumph. cap. 21. Estque ut paucula hic addam, imago adorata, reverà Idolum, cum ex *definitione Scripturæ*, in qua adorata imago rei etiam existentis in cælo terrave idolum audit lege Decalogicâ prohibitum. Lev. 26. 1. Idolum utique fuit Colossus Nebucadnezaris, qui fuit imago personæ existentis.

Eò



*Ed enim, verba sunt Cass. Sanct. ad Dan. 3. p. 123. incumbunt omnes ferme Patres & interpretes, ut putent Regem sibi erexisse statuam, & in ea voluisse coli se pro Deo.*

*Vitulus Aaronicus Idolum clarè vocatur, quod sacrificium illi oblatum fuerit. Actor. 7, 41. hinc colligas Idolum esse imaginem, cui offertur sacrificium. Jam tale est imago quæ adoratione, & sacrificio colitur (spirituali; ab adorationis voce non abhorret recentior Lojolita Famian. Strada l. 7. bell. Belg. p. 393. 394. Omnis itidem oratio sacrificium est: tum ex definitione Romanensium domesticâ etiam Bellarminianâ. Idolum, ajunt, est falsa similitudo, id est, repræsentat id, quod reverà non est, ut cum Gentiles proponebant statuas Veneris aut Minervæ, illa signa Idola erant, quia repræsentabant Deos generis fœminini, quales Dii nec sunt, nec esse possunt. At imago Georgii est imago non existentis, Christophorus est Homericus ἄγιος. Consentit Baron. in Martyrol. 23. Apr. & 25 Jul. Si imago Veneris est Idolum, quia repræsentat Deam generis-fœminini, quales Dii nec sunt, nec esse possunt; Imago angeli erit Idolum, quia repræsentat hominem alatum, qualis nullus angelus est nec esse potest. Adde nunc ad Idolum, patriam symbolicam ac analogicam (illam ipsam quâ Moscholatræ olim vitulum aureum ac in vitulo Josephum sanctum, vitulino somnio atque hinc succulentæ è vitulâ mammæ aurifluis opibus beneficium; ac in Josepho terminativè Jehovaham coluerunt) quid prodibit nisi idololatria? quam coloribus pingit, omni contentione tuetur, titulo sanctimonix laudat Roma hodierna pœnitere nescia. Alterum flagitium quod flagello Turcico commeatum præbuit pharmacia est, illa scilicet Jezabelica illex idololatriæ per philtrea in calice Babylonico propinata; Tertium locum habent martyricidia in martyrologiis ac variis in Europa lanienis acerrimis decantata: Quartum fornicatio est, spiritualis illius comes ac filia, quò muta magis è que neglectu remedii necessariò furiosa, hoc pejor; jam olim notata in Gomorræo Petri Damiani: vide Hodom. Pap. p. 1405. & seq. Sacrilegia denique, quò sacratiora (titulo ac opinione) hoc execratoriora, non longè quærenda, sed alit Roma exempla meridianâ luce clariora, dummodo oculos è verbo divino illustratos circumferas. Eadem Hodomoria papæa denudavit phant. 6 pag. 1430. & seq.*



§. 3. Vindicanda hinc solum nobis est obiter (antequam porro pedem ponamus) Aletheæ scriptura à virulentâ scripturâ recentiori quam nuper admodum *Job. Scheffler. Phil. & Medic. Doctor* edidit sub oculiferiis einer *Türcken*. Schrift von den Ursachen der *Türkischen* Überziehung / und der Zertretung des Volckes Gottes / an die hochlöbliche Teutsche Völkerschaft allen und jeden hochmüß ich zu lesen. Convenit ille nobiscum in causa belli Turcici, ipsa scilicet *apostasiâ, ac Idolomaniâ hereticâ, utiliter, à nobis, acceptâ.* Wir fragen nicht unbillig / warumb doch Gott sein außgewähltes Volck / so wol Neues / als Altes Testaments / seinen Feinden / solchen Barbarischen Völkern hat übergeben / und unter ihre Füße lassen getreten werden? und wiewol die Antwort darauff bald vorhanden ist / daß es nemlich umb ihrer Sünden willen geschehen sey: Denn das menschliche Geschlecht ist niemals ohne Sünden / &c. Was muß es dann vor eine Sünde seyn? Es muß eine solche Sünde seyn / die in Bürgerlichen Sachen eine Gleichheit mit einem allgemeinen Aufstand und Empörung eines Reichs gegen seinem natürlichen Herrn hat / diese Gleichheit aber hat keine andere Sünde / als die Abgötterey / oder Kezerey / das ist der Abfall von dem ersten / alten / wahren Glauben und Gottesdienst. Sed toto coelo aberrat, cum causam eandem refundit in apostasiam à Rom. Pontif. in præfat. an des edlen Teuschlandes hochlöbliche Völkerschaft. Alles deines Unglücks / und der *Türkischen* Überziehung Brunn und Ursach ist nichts anders / als dein Abfall von dem Römischen Papstthumb / und der Catholischen Kirchen. Quam categoriam hoc categorico complectemur ut clarius pateat. Apostasia Idololatrica à Pontifice Romano est causa belli, quod nunc flagrat, Turcici. Apostasia Lutherana est apostasia Idololatrica à Pontifice Romano, Ergò! Richtet / ait p. 44. Wer eine Hure oder Ehebrecherin ist: ob die Gemeine / die von der Römischen Kirchen abgefallen / und von Gott seinen Feinden zu schänden und zu vertreten überlassen wird; oder die Römische Kirche / die er noch bis auff diese Stunde von derogleichen schmähhlichen Untergang behüret hat? Majorem firmat inductione apostasiarum. Minorem postulat, non probat, nisi circulo. Wir können nichts / inquit, p. 43. anders schliessen / als daß diese Christen / welche der  
Barba



Barbarischen Völkern Muthwillen und gänzlichem Untertretung  
seynd übergeben worden/ nicht mehr Kinder Christi / oder rechte  
Christen/ und der Saame/dem Barmherzigkeit versprochen wor-  
den: nicht mehr Braut / nicht mehr die Taube / und auserwehlte  
Freundin Gottes: sondern eine Ehebrecherische und hurische Ge-  
meine gewesen seynd / die Gott nicht mehr werth geachtet vor dieser  
Schmach und Untertretung zu beschützen / scil. quia flagro. Turcico  
tradita est & exposita, ideo apostatica.

§. 4. Hoc si valet, jam omnis coetus ethnicus, qui ab acinace  
Turcico subjugatus fuit, fuerit apostaticus. At quomodo aposta-  
ticus, si in Ecclesia vera pridem non fuerit? Privatio supponit habi-  
tum: sed & Ecclesia orthodoxa, Christiana, apostatica fuerit, cum  
flagra sensit Turcica: hanc enim tanquam domum Dei crux primum  
affligit, *Benè Nicol. Causinus de regno Dei dissert. 4. monet p. 8.*  
*Nimis fortasse videor prudentibus seculi res efferre Christianas, cum*  
*satis constet infidelium regna contrariis nixa legibus, saepe, ut ajunt, es-*  
*se meliora, semper feliciora. Illustri exemplo est Turcicum Imperium,*  
*cujus fastigio nihil eminentius, nihil viribus & opulentia majus, con-*  
*tendit per adversum nobiliter ad apicem gloriae, & praeit acri virtute,*  
*felicitate non caeca. Magnum est istud quidem regnum Dei mysterium,*  
*quod omnem priorum potentiam, omnem aetatem permanavit: Tribu-*  
*latio & servitus cepit in gente Dei. Ubi cepit esse gens Dei. Post A-*  
*brahamum & Jacobum, tam variè exercitos, post insensos Mosi Pha-*  
*raones, post tot frementium contra novos hospites gentium certamina,*  
*timenda fuit prosperitas in otio & pace seua. Qui fuerant antea re-*  
*bus adversis eruditi ad gloriam, castigati postea sunt ad poenam. Et*  
*ibid. pag. 9. Vix duo secula sub Catholicis Imperatoribus Roma nume-*  
*rabat, cum translatum est in alienam gentem occidentis Imperium.*  
Sed nec Leo Allatius eandem concesserit, qui integro commentario  
perpetuam consensionem orientalis & occidentalis Ecclesiae concin-  
natum ivit, atque sic lituram induxit probationi ex flagello Turcico  
ad apostasiam colligenti. Flagello subjacet Ecclesia Graeca; at Le-  
one auctore non apostatavit.

§. 5. Exenteratione ultertori instituta major patet instan-  
tia, ex Anglia e. g. accersita, cum Henricus IX. se caput Ecclesiae  
nominavit, defecit à capite Pontifice Romano, at nullum adhuc sen-



fit flagellum à Turca : Similiter nec Svecia, nec Dania , nec Batavia .  
2. *Αὐτὸ πορροῦν* habet sibi adversam , Augustini acumine configen-  
tem, ut apparuit suprâ in proœmio. Par est , quod objecit civitati  
Dei, Civitas Diaboli Romano-Ethnica. Christianus cœtus defecit  
ab Archiflamine Romano : Ergò ejus apostasia est causa belli barba-  
rici. Sic ipsa primitiva Apostolica, ac Christianissima Ecclesia, fu-  
erit bellorum, quæ tunc ardebant, causa , quia à Pontifice Judaico se-  
orsim ivit. Sic ipsa, quæ nunc est Romana Ecclesia causa fuerit bel-  
li Ottomannici, quia dudum est, quòd defecit à decretis Sanctorum  
Romæ Episcoporum, certè à Gelasio in sacrilegio Calicis, uti demon-  
stratum est in Vale triumphali, p. 247. ad quod Cornæus Lojolita ob-  
mutuit, tot annis epistomio coercitus, intrâ suos victor larvatus , in-  
ter nos victima Alethæ. Haut difficilè foret per reliqua fidei ca-  
pita Apostasiam à primis Romanis Episcopis ostendere , si instituti  
angustioris ratio permetteret, nec id ab aliis, aque nobis alibi id actum  
esset. Christeis nostra uberiora promittit, quamvis an præstitura  
sit, Deus novit. Igitur. 3. Eadem major corrigenda h. m. O apo-  
stasia à vero, h. e. *παρὰ τὸ θεῶν*, ab eo Deo , quem Prophetæ colue-  
runt, & Apostoli primi & certissimi Ecclesiæ Patriarchæ, facta per  
Idololatriam ac hæresin, est causa belli Turcici. Nunc assume mi-  
norem de Ecclesiâ Lutheranâ , non duntaxat Principium petes ; Te-  
met ipso auctore. Weil wir denn allhier den Abfall von dem wah-  
ren Christlichen Gottes Dienst darthun sollen / so müssen wir zu-  
vor eine allgemeine Christliche Kirche sehen / das ist / wie die Latei-  
ner reden / einen Terminum à quo, oder eine Gränze / von deren  
man abgefallen ist / machen / umb zu wissen / von welcher Kirchen  
dieser Abfall warhafftig eine Kesyrey / oder Abgötterey in der  
Christenheit zu nennen sey / denn man kan keinen bezüchtigen / daß  
er aus der Haupt-Stadt entlauffen / oder dem Römischen Reiche  
abtrünnig worden / wenn man nicht zuvor weiß / welches die  
Haupt-Stadt oder das Römische Reich ist / also kan man auch  
kein Volk oder Land zeihen / daß es aus der Stadt / oder dem Rei-  
che Gottes entlauffen / und abtrünnig worden / wenn man nicht  
zuvor weiß / welches die Stadt oder das Reich Gottes ist.  
At plus quam seculum est, cum de hoc inter nos contenditur. Inter  
vestrum, Ajo & nostrum NEG O remigat populus Christianus ;  
noster



noſter quidem tutiſſimè, quia os Domini; veſter infeliciffimè, quia os hominum audit. Proba tuam Eccleſiam eſſe illam germanam ac veram, & vince. Probabis autem ad Calendas Græcas. Sed & calumnia erit mendaciſſima. Non noſtram Eccleſiam, ſed Papæam ſynagogam apoſtaticam eſſe tam clarè ac rotundè demonſtravit Lutherus, ut ſol non poſſet clarius, in einer Schrift wider die Papiſten/ tom. 12. Witt. p. 313. & ſeq. Tametiſi enim haut diſſimulemus, noſtræ Eccleſiæ paraptomata, ac nominatim mammonolatriam in dæmoniorum cultum terminatam, fascinationes ſcandalofas malorum illices, martyricidia incruenta, fornicationum furtorumque exempla, non tamen impunè perpetrata, aut ſine monitis ad poenitentiam relicta, aut ex indole noſtræ doctrinæ per ſe, ac univocè nati fructus ſunt, ſed æquivocè degenerantes, aut coloribus ſanctimonix fallentes: nemo tamen unquam conficiet, è noſtrâ doctrinâ per ſe fructus peccatorum peſtiferos naſci. Dices p. 16. Es ſind Leute/ welche nicht den Gott anbeten/ der Himmel und Erden regiert/ ob ſie es gleich ſagen und vermeynen. Denn dieſer iſt gerecht / und gibt / wie es der Gerechtigkeit zuſtehet / einem jeden nach ſeinen Wercken. Sie aber haben einen Gott / der niemanden nach ſeinen Wercken gibt / ſondern nur nach ſeiner Gnade und freyem Willen. Weil dann dieſes eine Ungerechtigkeit iſt / ſo iſt auch kein ſolcher Gott. Werden alſo auch dieſe Leute nicht den wahren Gott / ſondern ein bloſſes Traum-Bild ihrer Vernunfft / das iſt / einen Abgott an. Ferner verehren ſie auch Gott alle Drey nicht mit den Sitten und Gebräuchen / die er ſelbſt geſetzt hat / ſondern in der Weiſe / die ihnen ein jeder ſelbſt in ihrer Bildung entworfen haben / und vor gut halten. Und dieſes iſt wiederumb eine Abgötterey / oder abgöttiſcher Gottes-Dienſt / daran Gott einen Mißfallen hat. Næniæ! *Secundum opera* Deum remunerari nulli negavimus, negavimus *per opera* ex debito. Modum cultus divini non quærimus inter cognatos & notos Chriſti, ſed in domo Patris Chriſti. At ſubſume Romanam Eccleſiam, reperiſ arboſem, è qua modò nominati peſſimi fructus per ſe generantur, ſubque ſanctitatis larva indepræhenſi fallunt. Apoſtaſia à vero ac *παρὰ τὸν Θεὸν* in Hodomoria ſpiritus Papæi detecta eſt. Idololatria maximè, quam ab ipſo, qui cum nobis eſt coitioſophiſtâ, facile impetrabimus.

Es



Es seynd p. 14. (wie mir alle Gelehrten zugeben werden) die son-  
derbare Meynung / die ihm einjeder nach seinem Gefallen im  
Neuen Testament von Gott und göttlichen Dingen macht / nichts  
anders / als Abgötter der Vernunft / und bloße Träume: die sie in  
der Bildung entwerffen / anbetet / und für den wahren Gott / oder  
dessen rechte Bedienung hält / daß also zwischen den Kessern des  
Alten / und den Kessern des Neuen Testaments kein anderer Unter-  
scheid ist / als daß jene dem Abgott oder Traum ihrer Bildung  
schnitzten und aufbaueten / diese aber in ihrer Bildung innen be-  
halten / oder ja auff's Papier schreiben / und allenthalben vor dem  
allein wahren Gott und seinem wolgefälligen Dienst aufschreyen.  
At quid tota Religio Tridentino Romana, quâ talis, quàm Idolum  
rationis, S. literis inimicum? obiter ista!

§. 6. Cæterum, quia flagellum Turcicum ad hypotheticam  
fati regionem pertinet, ideò mobile est, resistibile, declinabile, miti-  
gabile ac evitabile per apocopen materiæ peccantis, quæ non radi-  
catur in nutu Numinis absoluto, sed in hominis libertate, huc illuc-  
ve deflexuræ; in sensu nempe diviso, si Germania non resipiscet, va-  
pulato; abscinde sis *et* non resipiscet, ac muta in recipiscet; tunc va-  
pulato mutabitur in non vapulato. *Sic enim vox divina resonuit*  
*ore Jeremiæ, Jerem. 18. 7, 8, 9, 10. Quo momento eloquar contra gen-*  
*tem & contra regnum; me convulsurum & demoliturum & perditu-*  
*rum esse. Si convertatur gens illa à malo suo, contra quam locutus*  
*fuero; pœnitebit quoque me illius mali, quod cogitaveram facere ei.*  
*Quo autem momento loquar de gente & regno me ædificaturum &*  
*plantaturum esse: si fecerit, quod malum videtur in oculis meis non*  
*auscultando voci meæ; vicissim pœnitebit me illius boni, quod dixero me*  
*benefacturum ei. Accinit Analogia comminationum divinarum,*  
*quarum non est peremptoria natura, sed reservata: Morte morieris!*  
*horribile fuit in Adamum fulmen! at mutabile, si Filius pro Patre se*  
*offerat vadem, & abundè satisfaciat æternæ justitiæ. Ninivitarum*  
*exemplum est luculentum, sed & Davidis, bellum deprecantis, 2 Sam.*  
*24. Regis Parabolici Luc. 14, 32. Tyriorum, Act. 12, 20. Sic in hu-*  
*manis quoque judiciis supplicium in reum decernitur rigidum qui-*  
*dem, at cum reservatione tacitâ conditionis à *ἄσπετον*, si supplex*  
*deprecabitur, mitigabile. Eandem conclusionem firmant omnia il-*  
la Sa-



la Sacrar. literarum promissa, quæ Deum ex hypothesi poenitentiae humanæ, poenitentem & *ῥησόν* annunciant, quæ ad poenitentiam precesqve compellunt, nequaquam in cassum abituras, sed intentata supplicia vel amolituras vel mitigaturas. *Spesta*, inquit Hieronymus, *Manassen in Paralipomenon, Niniven in Propbeta, Publicanum in Evangelio*, è quibus primus non solum indulgentiam, sed & regnum recipere meruit, id est, obtinuit, consecutus est, ut solent Patres *ἀνοργλογείν*. Altera impendentem Dei iram fregit: Tertius peccatus verberans pugnis oculos non levabat ad cœtum, & multo justificatior recessit humili confessione vitiorum, quam Phariseus superba jactatione virtutum. Accedit prophetia, quæ cum hostilitatis hujus exitium cum exitio orbis conjungit, ejusdem etiam mutabilitatem asserit. Erit denique cum Dominus in medio inimicorum, hostibus omnibus ad scabellum pedum prostratis, unâ cum orbe flagella omnia in ignem conjiciet: cum hostibus æternum ejulantibus, fideles æternum jubilabunt. Equidem *Θεῖον* est divini judicii nostro judicio non examinabile, mora poenæ in Antichristum non acceleratæ, sed ad spiritum oris Christi, in novissimo die redituri servatæ, ne unquam rosa esset sine spinis, ne marceat sine adversario virtus, sed victrix gloriosius resplendeat.

§. 7. At hoc ipsum fatum hypotheticum in sensu composito immutabile est, quoad genus. Stat, puniendum esse regnum epidemicis calamitatibus (quas inter Princeps est bellica clades) si epidemica peccata designet, jamque districtum esse acinacem Numinis irritati ultorem. Quamvis quoad speciem & *τὸ δεῦ καὶ ὅθεν* liquidò definiri nequeat τὸ quando, ubi, quousque? quo medio? nam hoc quoque non est abs consideratione presentis. Neque enim omnis fati *Ἀγάλλωσις* violenta est per potentiam seculi; potest & spiritali fortitudine debellari, stat potestas Papæ Oecumenica, tot seculis, secularibus armis necquicquam quassata; at penna Lutheri prostravit decimum cala no non ense Leonem; consenuit, morti finitima. Est verò & hîc advertendum in sententiâ Gamalielis (Consilium divinum est *ἀΔάλυτον*; consilium humanum est *Ἀάλυτον*) reciproca-tionem non valere: non enim sequitur, omne consilium divinum est *ἀΔάλυτον*. Ergò omne *ἀΔάλυτον* est consilium divinum. Nam & regnum Sathanicum *ἀΔάλυτον* est, an igitur est ex consilio



divino? igitur iudicium est à Deo iudice permittente, non consilium ab annuente. Quàm hinc imbecillo nititur tibicine Papæ Oecumenicus primatus? Tot seculis ajunt, ille duravit adamante fixus E. Dei nutu institutus? nego. Ajo esse illum, mendacii præveritate amplexu, laceffitum; ajo à Deo iudice permissum & *ωαν εγθούωε* toleratum, eo tolerantia modo quo & Turcica Tyrannis, gemella quasi simul orta cum Dominatione Papæ, ac forte cum eadem novissimo demum die extingvenda?

§. 8. Dices, hoc hypotheticum fatum esse illo absoluto longè dirius, quo molliorem Stoam declinando, in rigidiorum incidimus, ipsumque Numen quasi in ordinem redactum fatali catena implicatum imus. Sic enim *Maccov.* in Colleg. Theol. de prædestin. disp. 9. de scientiâ mediâ. p. 26. *sequitur scilicet ex scientia mediâ & aliud longè absurdissimum, fatum nempe plus, quàm Stoicum, cui creatura non tantum, sed & Deus inevitabiliter implicatur. Creatura enim in tempore non potest non hoc & sic agere; nec potest Deus aliud præscire aut velle, quàm illud, quod & sicuti futurum est. Obtinente ergò hoc dogmate futuritionem habente antecedenter, tum ad Dei scientiam, tum decretum, omnes, quotquot ærumnæ mortalibus ministerio causarum contingentium eveniunt, morbi contagiosi, mors inopinata, ex ædium ruina, pauperies, exilium, uxoris & liberorum mors immatura & acerba, imò secures, laquei, rogi, furcæ; ista verò, quoniam Dei voluntatem & commentitiam hanc scientiam antevertunt, nulla spes, nulla consolatio, patientia denique nulla in Deo superesse potest, nonnè Deus ita mortales alloqueretur? Ferenda non flenda est (mei viri) quæ vos læsit fortuna fatalis: ista enim ab æterno meam providentiam antegressa, non potui ego præpedire, non potui ego non votis fatalibus contingentia subscribere, illa aleam jecit, Parcarum tabulas exaravit, sententiam adamantinam dixit, sortem atram vel albam ab æterno, in æternum statu mirandam, vel me invito finxit. Et pari per omnia ratione, res secunda, nobilitas, imperium, prospera valetudo, numerosa Soboles, bonorum omnium affluentia, vita longæva, mors felix & placidissima, aurea suppellex, quæ causarum liberè & contingenter operantium subsidio & ope obveniunt, eandem providentiam antevertunt. Ecquid jam spei, gratitudinis, submissionis, aut conscientia, officij, & in Deum obedientia debita homines jam teneret? ista enim*  
*in scio*



*in scio & invito Deo contigerunt.* Nugæ nugarum, ψεδθος ψεύδων! *falsum est.* 1. Creaturam in tempore non posse hoc & sic agere. Falsum 2. est, Deum non posse aliter præscire & velle, quàm quod & sicut futurum est: nam si aliter futurum esset, a iter prævideret, vellet, nulla tamen cum Numinis dependentiâ & mensurâ, Deo indignâ: nisi & Deo sit indignum asserere omnipotentiam posse omnia, quæ scilicet sunt omni-possibilia; non posse, si absolutè impossibilia, e.g. Deum peccare, Deum mori. Item omni-misericordiam omnium misereri scilicet miserabilium, qualis Dæmon non est. Numen divinum harmonicum est; nec æstimandum ex una solum virtute sua. Misericors est, sed & justus ἀντιζησις sed & bonus & Φιλάνθρωπος. Falsum 3. nullam consolationem in Deo superfuturam; nam potest δὲ μηχανῆς succurrere per θεῖα ex fato absoluto, quod nulli absolutè negavimus. Falsum est 4. nullam officii ab homine faciendi rationem superfore, quia præscientia & voluntas divina non antevertit officium, sed sequitur, non tempore, non natura; sed rationis ratiocinata conceptu. Falsum 5. Deo in scio, ac invito fore fore fictam, quomodo enim in scio, si præscivit τὸ fore? quomodo invito, si prævoluit; scientissimè utique & volentissimè.

§. 9. Jam uti fatalis catena in superiori Theoria exhibita fatua fuit & Fatuifica; ita Theoria repræsentatrix choreæ verioris, in hac theoria proposita facit πρὸς τὸ σοφίζαι, estque sapientifica. Est enim I. *Index* providentiæ divinæ ut suavissime, quæ amœnissima quadam συγκαταβάσις nobis mortalibus agendi libertatem permittit, liberosque motus agere sinit. II. *Obex securitatis* ac atheismi ex comminationibus hypotheticis cusus, nisi respiscatis, peribitis flagellis divinis, vel his vel illis concisi. Quis ad hanc fabellam surdus? quis non malit frenum à manu Domini paterna, quam Turcæ Tyrannicâ? Quis non horrebit illinc ad peccatorum facies, colores, philtrea, si hinc horrebit ad flagelli Turcici incomparabilem crudelitatem, non deservituram, donec manus divina cohibeat. III. *Index* 1. *pœnitentiæ* seriæ. 2. *fiduciæ* ac spei ex promissionibus haustæ Ps. 81. 14, 15, 16, 17. *O si populus meus auscultasset mihi, si Israëlita in viis meis ambulassent; Vel momento inimicos eorum fuisset depressurus, cum in hostes eorum convertissem manum meam: O sores Jehovæ mendaciter se dedissent ei, & futurum fuisset tempus istorum in seculum.*



*Denique cibaturum eum fuisse adipe tritici, etiam ex rupe melle fuisse satiaturus te.* His promissis fretus, non timebit myriadas hostium circumjacentium, cantabit lætus Davidicam Oden Psalmi XLVI. gloriosius vitam positurus inter Turcas, ut Martyr, quam precariam vitam reportaturus, ut refuga; solabitur se aliosque divina furoris metatione, & flagelli combustione. 3. *Prudentiæ*, fati hypothetici ministræ, quâ vires & furores hostis recto judicio æstimantur: non levi penduntur. Non enim putandum, Orientales istos montes parturire ridiculum murem, sed immane monstrum, cui lumen (Ulyssæa quadam arte) adimendum, quâ Joas Hæsaelis furias evitavit, mercando pacem; quâ regulus impotentior potentioris manus effugit: quâ Tyrii ab Herode pacem exorarunt, quâ Hiskias se adversus intractabilem hostem & armavit & comminavit, quâ, cum aliter Bellona averti nequeat, arma armis fortiter opponantur; hic enim revelata voluntas sequenda, monitumque Lutheri attendendum. Tom. 2. Witt. p. 576.

Hüte dich für dem Türckischen Epicurischen Glauben / da etliche fürgeben / was sol ich thun / was ist beten nütze? was hilfft viel sorgen? Istis versehen / so muß es geschehen. Denn also gläuben und sagen die Türcken. Es kan niemand sterben / sein Stündlein sey dann kommen / daher sind sie so doll und thumkühne / und meynen / sie thun wol / und fahren recht. Ja wahr istis / was versehen ist / das geschicht / aber mir istis nicht befohlen / sondern vielmehr verboten zu wissen / was versehen ist. Weil ichs nun nicht weiß / was versehen ist / so heists Gott versuchen / wer auff solch sein Unwissen hinein fährt / und verdirbt. Mir ist geboten / daß ich wissen sol / was zu thun sey. Und darumb ist sein Wort uns gegeben / daß wir wissen sollen / was wir thun sollen / und nicht thun / was wir nicht wissen. Sondern dasselbe Gott heimstellen / und uns unsers Befehls / Berufs / Ampts halten / Gott wirds wol / und wil es allein wissen. Du solts nicht wissen. 5. *Patientiæ* cum flagellum Turcicum acerbè cruciat. 6. *Charitatis* flagellum pedo pastorali commutaturæ, atque occasionem tam præsentem regni Christi propagandi oppressuræ. In proseguendum hoc Dei beneficium, quod jugiter oramus, ardeamus: atque allaboret, ut sanctificetur nomen Domini inter Turcas quoque; Iisdem regnum Dei adveniat: voluntas Patris cœlestis ab iis & agnoscat



scatur & perficiatur. 7. *Precum flagrantissimarum.* Quæ omnia  
uberius sunt illustrata in concionibus ad 2. Reg. 6. habitis, quæ cum  
prostant palam, rememorare opus non est.

THEORIA TERTIA.  
LUX FATI DE FLAGELLO  
TURCICO.

§. 1. Ut nocti intempestæ *fax* non una accidit, *Fatua* alia,  
*clara, clarior, clarissima*, certissimaque ac sufficiens: Ita Fati Turcici  
tenebris totuplex lux succurrit *Fatua*. 1. quæ nullo solido aut revela-  
tionis aut rationis nititur principio, sed vel Pseuthermeniâ fallit, vel  
inani conjecturâ ludit, talis est quam laudat *Bellarmin.* l. 4. de notis  
Ecclesiæ cap. 15. §. *Franciscus, cum Christianus exercitus certo die*  
*cum Saracenis pugnaturus esset, admonuit Duces, ne eo die pugnarent:*  
*sibi enim à Deo revelatum, victoriam hostibus eo die cessuram: sed cum*  
*contemnerent Duces B. Francisci monita casi fusiq; sunt Christiani in-*  
*auditâ strage.* *Cornel. à Lapid.* in append. ad Apocal. p. 373. postquam  
grandejecisset postulatum, mille annis Apocal. 20. designari durati-  
onem regni, sectæ, persecutionis, hæc hariolando effundit. *Chri-*  
*stiani ordiuntur annos sectæ & regni Mahometis ab anno Christi 630.*  
*Illo enim fundata est hæc secta & regnum, illoq; pariter mortuus est*  
*Mahomet, quare cum instante jam anno Christi 1630. explendus sit mil-*  
*lesimus à Mahomete annus, circa illum magnam Imperij Turcici & se-*  
*ctæ Mahometanae inclinationem, vel ruinam, aut ruinæ exordium ex-*  
*pectant.* Quod ipsum ita revera fore, nonnulli viri sanctitatis & Pro-  
phetiæ fama celebres in Italia, Germania, Hispania &c. prædixerunt.  
Idem viri sapientes & sagaces ex variis tum præteritis tum præsentibus  
eventibus solerter conjectant, dicuntq; finem & terminum belli  
contra Turcas & Saracenos, nisi Christianorum vel emulationes vel dis-  
sidia, vel socordia & torpor vel graviora scelera impediunt. Ad hoc  
enim multis magnisq; voluntatis suæ indicibus eos invitare & vocare vi-  
detur Deus. Ibidem recitat prædicationem S. Francisci de Paula  
Fundatoris ordinis minorum, ex literis ad Simonem de Limenâ exa-  
ratis. Ex te (O Simon) descendet fundator novæ religionis, quæ tres  
habebit partes: prima erit equitum armatorum, secunda sacerdotum,  
tertia hospitaliariorum. Erit hæc religio omnium ultima, magnam





fructum afferet Ecclesie, extinguet maledictam Mahometis secta, quin  
 & hereses omnes, ut fiat unum ovile & unus Pastor. Idem Cornel.  
 in præfat ad Prophet. minor. p. 18. Sanè hisce annis plures viri Re-  
 ligiosi sanctitatis & Prophetie opinione celebres prædixerunt certò in-  
 stare ruinam Turcici Imperij, ac Christianos brevi potituros terrâ  
 sanctâ. Philipp. Boskhier Franciscanus in oratore terræ sanctæ &  
 Hungar. Philipp. 9. p. 239. Turcici Imperij proximam ruinam ap-  
 parere scribit nixus 1. Scripturis S S 2 Patrum S.S. Vaticiniis. 3. Pro-  
 gnosticis Astrologorum nostrorum 4. Turcarum ipsorum præfagiis  
 & vulgi fama. 5. Indiciis. 6. Rationibus. Ibidem è suis auctoribus  
 auguratur de eo, per quem Turca sit superandus p. 281. Ubi inter  
 alia ex quodam Wimmanno, Germanis hanc victoriam ascribendam  
 putat pag. 285. Vulgò enim non tam dicitur, quàm creditur à qui-  
 busdam oraculo prædictum aliquando, Turcam non posse superari occi-  
 diq̄, nisi ante Coloniâ Agrippinam. Putantq̄, ob id non esse egre-  
 diendum adversus illum, donec illud aliquando pervenerit, ait Wim-  
 mannus quidam, vocans hoc ipsum tamen stultitiam hominum insi-  
 gnem ac vesanam impiamq̄ crudelitatem; ultimum illud aspectans cre-  
 do, quò putant, non esse ante illi occurrendum. Nam, ut verum sit o-  
 raculum, non putem ita accipiendum, ut Turca illic primum cedi seriò  
 incipiat, sed ut illic tandem internecone planè intereat, itaq̄ & ante  
 occurrendum, quàm is Annibal sit ad Coloniâ portas. Levenclavius  
 in Procem. de Statu rerum Turcic. p. 15. Præclaram vobis pollicen-  
 tur lauream, & huc invitant & ea, quæ non ab uno saculo jam in ore  
 versantur omnium, oracula; Turcam ad amnem Rhenum tribus à Re-  
 gibus casum iri vaticinantiâ.

§. 2. Extat prætereà vaticinium Severi & Leonis Impp. de  
 Turcarum exitio & fine, affixum libello, qui inscribitur, *Vita & Ico-  
 nes Sultanorum Turcicorum à Jano Jacobo Boissardo Vesuntino*, edi-  
 to ann M. D. XCVI. Ubi inter alia duodecima figura in ære excu-  
 sa refert juvenulam, quæ advenam & peregrinum Regem ostendit,  
*Quamvis sis nuda ô Constantinopolis, & rege spoliata, propter cladem*  
*quam passa es, redibis tamen iterum ad lucem, quæ lux nulla alia est*  
*nisi Jesus Christus, qui dixit: Ego sum lux mundi; ideò revertens ô Ci-  
 vitas ad Christianam Religionem, Maumetana expulsa, iterum luci-  
 da fiet sub sole splendente Christi Salvatoris, Decima quarta pastoris,*  
 qui



qui lupum occidit. *Clare ostenditur finis Imperij Otomannici, qui enim cepit Constantinopolim fuit Mechemetes, vivens nunc Imperator Mechemetes vocatur, idem igitur Imperator nomine, perdet Imperium, qui occupavit ipsum: Proponitur in lingua Turcica vaticinium Mahumatenorum, quod in Latinum Idioma translatum & glossis illustratum sic habet apud Boissard. p. 91. Veniet Imperator noster (Sultanus) capiet regnum Principis infidelis (Christiani) capiet etiam pomum rubeum (Constantinopolin aliamque potentem Christianorum Civitatem) & in suam potestatem rediget, quod si usq; ad septimum annum ensis Christianis non fuerit ablatum, hoc est, si non apparebit & contra se non extollet; credunt enim, quod istae praedictiones septimi anni sint in potestate Christianorum, qui si vellent communi auxilio contra eos gladium diffringere, sine dubio plenam victoriam reportarent; sed quod non fiat, causa est nostra inertia, dum inter nos bella civilia gerimus, aut in otio turpi senescimus. Erit ipsorum Dominus, usque ad duodecimum annum, domos edificabit, hoc est, templa Christianorum Mahometi dedicabit, plantabit vineas, hortos sepibus circumdabit, filios generabit: Post duodecimum annum (quem & quo sensu? ambigüe interpretantur) & postquam pomum rubeum in suam potestatem redegerit, apparebit ensis Christianorum, qui Turcam fugabit.* Hæc ultima verba hujus oraculi leguntur ab hominibus cum suspiriis, à pueris planctu, à mulieribus cum singultu & lacrymis. Habent Mahumetani multa vaticinia, sed nullum est apud ipsos tam celebre, quàm istud, in quo continentur innumera-biles adversus Christianos victoriæ & tandem ipsorum excidium: & quia hucusque verum illud esse viderunt, verissimum quoque in aliis casibus arbitrantur, adeò, quod plorant semper, quotiescunque finem vaticinii legunt. Mihi non licet aliquid certi hujus oraculi affirmare, sed cupio ita verum evadere vaticinium in fine, quemadmodum fuit hucusque, adeò, ut reperiatur verus Propheta pro nobis, sicuti fuit contra nos. Verus Propheta fuit Balaam extra Israel. Sic intra infideles multæ fuerunt Sibyllæ, quæ vera prædixere, sic fieri potest, quod sint extra Christianos, qui spiritum habeant Propheticum, quod tamen non affirmo, sed quia evenere multa (uti hîc prædictum fuit) contra nos, sic vellem, ut contra ipsos contingerent, quæ in fine dicuntur. Hæc ille! Quamvis aliàs Mahomet sectæ hujus auctor



auctor à fati divinatione abhorrere videatur in ea lege, quam Leo l. 3. de Afric. edidit, Magiam & Cabalisticas artes lege Mahumetica veritas & velut hæreticas haberi. *Hujus enim, inquit, Alcoranus OMNE DIVINATIONUM Genus vanum esse asserit, Deumq; solum arcana nosse.* Maximè à fati Mathematici indagine, cujus filium sic dissecuit Mahomet III. ut nodum Gordium Alexander. *Filium, namq; (uti memorat Thuan. l. 128.) dilectissimum, quod mater de Filij fato anxia curiosè Mathematicum sciscitata esset, ante Patri in imperio successurus esset? in conspectu matris strangulari; ipsam cum XIV. personis in mare præcipitari jussit.* Non item Mahumetani omnes abhorrent. Memorat Boskhier in Orat. terræ S. pag. 246. è Lazaro Horanzio, Turcas nomen Mahumetis tertii, propter sinistras quasdam & fatales opiniones, quas de eo mente conceperunt, perhorrescere. *Anxij enim in eo versantur metu, ne quod prius sæpè contigisse norunt, nunc quoque eveniat.* Sciunt enim Constantinopoli, quæ caput est Imperij, post priorem illam everisionem secunda sua initia & incrementa Constantino Magno debere, eandem postea sub alio Constantino Christianis ereptam esse, quorum uterque matrem habuit eodem Helena nomine, planè, ut Romanorum Imperium, quod cum ab Augusto initium cepisset, sub Augustulo quodam extinctum fuit. Similiter ergò, & illi verentur, ne Mahumete, imperatoria dignitate fungente, sedes regni Constantinopolitani, iterum illis eripiatur, quemadmodum à Mahumete II. bello atque armis in potestatem ejus redacta est. Johannes Levenclavius quoque hæc scribit, expositâ captæ urbis Constantinopolis historiâ, paucis adnotavere Turci, scriptum apud se reperiri sapientum in libris, ac præsertim in eo, cui nomen sit Messabih; futurum, ut prius quàm exeat Degnal Lain. h. e. Antichristus improbus & maledictus, bis Constantinopolis occupetur. Primum gladio capiendam esse. Deinde judicij tempore adpetente, filios Ishaci non gladio, sed per invocationem Divini nominis eam capturos. Priorem vaticinij partem de occupandis bellicis armis urbe, jam impletam fatentur, & quidem illo tempore, quo Sultani Mahometis in potestatem venit eâ expugnatione. Alterius occupationis eventum, ipse dies dabit.

§. 3. Celebre inter eos est somnium fatidicum, quod J. Lipsius in monit. polit. pag. 36. stylo expolivit, **ERTUCULES** pater Osma-



Osmanis, à quo potentes isti Asiatici Osmanidae somnium vidit, sed vidit de die, cum post cibum sumtum meridiaretur. Experrectus igitur & imagine ea confusus, primo corpus abluit, & se purgat. Ut religio gentis ejus habet. Tum ad Edebalem, virum inter ipsos sapientem & sanctum venit atque infit: Somniavi Venerabilis (Annalium Turcicorum verba pono) splendorem Luna è sinu tuo prodire, eumq; deinde in meum sinum pervenire: Eò cum delatus esset ex meo umbilico enasci arborem, quæ regiones, varias montes & valles inumbraret. Ad ipsas autem radices arboris, aquas emanasse, quibus vineæ & horti rigarentur: atque ibi somnium me somnusq; deseruit. Edebales audito aliquandiu secum reputans, effatur: Nascetur tibi Filius, vir bonus, cui nomen erit Osman. Is multa bella geret, victoriam & famam pariét, ac posteri tui principes Regesq; terrarum erunt. Mea autem Fila Osmani nubet: atque is splendor est: qui è sinu meo prodivit, & in tuo coivit; ex utroque autem arbor. Quam mira (inquit Lips in monit. p. 37.) & vera predictio! sed & de Luna notabile, quam scimus inter signa prima esse Turcicæ gentis. Hactenus somnii relatio falsi suspecta, & forsan hoc somnium arte confictum eâ, quâ Numa secreta colloquia cum Deâ Egeriâ simulavit, fornice eburneo emissum, atque gente domesticarum laudum ambitiosâ, jactatum; Divinatio est 1. incongrua, cum à vineâ Lex Mahometica abhorreat. 2. Φιλανθίας notâ infamis, quam interpres Edebales σε αὐτῶ σοφὸς in sui honorem composuit. An credidisset Pharaos Josepho Onirocritæ, si somnium Propheticum ad se traxisset, ac Pharaoni primus fuisset auctor, seque metipsum præfectum annonæ & proregem creari voluisset?

Liceat πρῶτον ac Ciceronem de Divinat. sequi. Miror Deos immortales histrioni futuro majestatem Imperii ostendisse, nullam Africano (Christiano alicui Principi.) Quid habet authoritatis furor iste, quem divinum vocatis, ut quæ sapiens non videat, ea videat insanus, ac fanaticus Mahometista & is, qui humanos sensus amiserit, divinos assecutus sit?

3. Incerta, ut quæ fallaciâ à non causâ ut causâ laborare, atque per accidens, analogiâ aliquâ casu, eventus somnio respondere potuerit. Qualia analogia casu, in Artemidori onirocriticis non pauca occurrunt. 4. Inutilis, si ex genio Mahometicæ opinionis ad fatum absolutum referatur: Sic enim ultrò fluxerit nullo cum motu, ac ope Osmanidarum. 5. Nulla ante eventum, ut qui non nisi ex eventu lucem habere possit. 6. Diabolica, similis fanaticorum deliriis, quibus



bus Satan ad regnum suum mendaciis cædibusque propagandum grassari solet; vide de his Th. consc. part. 2. dial. 2. cast. 4. p. 411. interdum fallaciam divinationis fallacia eventus remuneratur.

*Accidit hoc Amurathi, qui ad bellum Persicum (Thuano referente l. 77.) Vanitate somnii (quo visus est sibi sub arbore maxima, extendente ramos ad orientem & occidentem consistere, serpentem vero immensa magnitudinis ad se venientem ex oriente interimere) illectus, infeliciter suscepit. Nam etsi Mustaphas Dux initio fortuna secunda profeheretur, & ideo ad terrorem incutiendum V. M. hominum obtruncatis, ex capitibus in planicie propugnaculum struxisset, tamen post à Regis Georgianis victus LXXX. M. caesa, eam cladem ulturus rursus LXX. M. perdidit.*

Denique saltem interpretatio illa non divina fuit ac casu venerem jecit. De quo interpretationis genere egregiè Lutherus Tom. 4. Witteb. p. 588. hoc annotavit. Man sol den Träumen nicht so gläuben/ noch sie deuten / wie unsere Vernunft dencket / sondern Gott sol mans heimstellen/ und ihn lassen außlegen / wie auch Joseph sagt: Außlegen gehöret Gott zu. Wiewol sie gemeine sind beyde Christen und Heyden. Weiß doch niemand / was sie bedeuten/ der Geist lege sie denn euch aus / wie Petrus / 2. Pet. 1. verbeut/ man sol keiner Außlegung in geistlichen Sachen gläuben / sie sey dann von Gott/denn keine Weissagung/sagt er/in der Schrift geschicht aus eigener Außlegung / denn es ist noch nie keine Weissagung aus menschlichem Willen herfür bracht / sondern die heiligen Menschen Gottes haben geredt / getrieben von dem Heiligen Geist. Darumb Träume hin/ Träume her / lege du es nur nicht aus / laß es vor gewiß machen / sey du nicht gewiß von dir selbst. Also deutet hier S. Paulus das Gesicht durch den Heiligen Geist/ so ihm bey der Nacht erschienen war/ nemlich ein Mann aus Macedonia der stund und bat ihn / er solte in Macedoniam kommen/ und ihnen helfen. Denn es stimmt und reimet sich mit den Sachen/ Actor. 16. und ist dem Glauben ähnlich. Denn er war ein Prediger/ und das Gesicht trifft das Predigt-Ampt an / und hat bisher gemangelt daran / daß die Zeit noch nicht da war. Nun aber/ so eben ein Macedonischer Mann erscheinet/ und bittet umb Hülffe/ gleich von S. Paulo / da reimet sichs mit seinem Ampte/ denn Paulus Helffen stund im Predigt-Ampt / wiewol das alles nicht genug war zur gewissen Sicherheit / der Heilige Geist hats müssen



müssen im Herzen gewiß machen / so war doch das Gesicht das Mittel und das Gezeug zu solchem gewissen Verstand; gleich wie auch das Wort ohne Geist und Glauben nicht genug ist / das jemand gewiß mache / so ist's doch das Mittel / dadurch der Geist und gewisse Glaube kömpt. Denn Vernunft hätte es aus ihr selbst nicht so deuten noch verstehen können / sie ist blind / und sol ihr wol gangen seyn / nach dem Spruch Christi / Matth. 13. Mit sehenden Augen sehen sie nicht. Des haben wir viel Exempel in der Römer Geschichten / da sie viel auff Träume und Zeichen gehalten haben / und zwar weiblich mit ihrem Deuten gefeilet haben / und wann gleich ein Gesicht / Traum oder Zeichen ganz scheinbarlich war / daß mans schier greiffen könte / dazu auch recht deuteten. Dennoch waren sie keines nie gewiß / sondern hatten einen Wahn davon / und wagtens also plumbs weise einhin / wie der Natur Art ist / traffs / so traffs / feilets / so feilets / das heist nun mit sehenden Augen nicht sehen / das eitel Duncel da ist / der entweder feilet oder plumbsweise trifft. Ein solcher Traum war des Käysers Julii, da ihm träumete / er beschlieffe seine Mutter. Sie liessen sich wohl düncken / es bedeutet / er solte sein Vaterland unter sich bringen / und schänden. Es war des aber niemand gewiß / aber er wagts gleichwol auff den Duncel / und geriecht ihm / daß ers traff plumbsweise. *Hactenus Fax fati Turcici fatua. Sequitur*

§. 4. *Lux Clara.* Claram voco, quæ conjecturâ fovetur probabili, sed indeterminatâ: eaque vel politicâ, funestum exitum ominante, subriter licet initio fortuna: talis est violentia Dominationis Othomanicæ, non perpetuò durabilis; Procerum Imperii Rom. insueta alioquin Concordia:

*Insueta inquam, pridem enim nimis verum fuit, quod Ibrahimus Solimanni legatus dixisse fertur (Lansii id stylo in orat. contra Germ. efferamus pag. 1041.) Ibrahimus Solimanni Turcarum Imperatoris Legatus, aderat Francofurti in Conventu, Electioni Maximiliani II. Caesaris indicto: Cui cum Saxo, Bavarus, & Juliensis, qui in solemni comitatu, euntes equo Ferdinandum & Maximilianum deducebant, monstrarentur, cum monitiuncula, Principes potentissimos esse, & singulos justum exercitum contra Turcas educere posse; atque Germaniam habere ejusmodi plures; quid putaret fore, si conjunctis viribus omnes Solimannum simul aggredierentur? subrisisse ferunt Barbarum, & dixisse; de potentia Germania, se nihil dubitare, & ex presentium apparatu vires absentium facile colligere posse, sed sibi videri Germanorum animos, consilia & actiones similes esse bellua multo-*



rum capitum & plurium caudarum, quæ agitata sepe transire conarentur; quia  
Verò capita diversa, foramina quoque diversa quærent, ita fieri, ut simul corpus  
& cauda manerent immota & impediri, quo minus ulterius progredierentur:  
contra Solimannum suum Imperatorem bellua unicipiti & plures caudas habenti,  
per esse similem, quæ ubi semel capite transitum patefecisset, statim corpore toto,  
atque caudis omnibus, sine ullo impedimento penetraret. Verissime dixit Ibra-  
himus, & utinam vel tandem uti piscatores saperent.

Fatalis Rerum publicarum periodus, quinque ut plurimum seculis de-  
finita, quorum jam tria in Othomanico lare effluxerunt, decremen-  
to propiore: Sultani jam sævientis cœcitas & furor sero laceffentis  
Germaniam, postquam in communem coaluit pacem, fortiolem.  
Nec vana sunt auguria (ita *Causin.* de regno Dei dissertat. 4. pag. 12.)  
jam enim corruptior vita & disciplina solutior, ipsi principes per con-  
tumaciam & fastidium hebescent, Janissarij malunt ad portam deside-  
re, saginare hiantem avaritiam, amoribus & rixis exerceri, quam  
belli duros labores & præliorum incerta persequi. Juvat insubare  
partis, nec fugentia tentare per tot discrimina. Cepit ipse Sultanus  
olim timendus, omnibus minis timere, postquam Osmanus per subdito-  
rum pollutas manus de suo fastigio detractus est ad laqueum. Aperuit  
& reclusit sequens ætas grande arcanum Imperij, à tumultuantibus  
Prætorianis Imperatores posse fieri. *Boskier.* loc. cit. addit rationes,  
quibus probat, Turcico Imperio ruinam instare. Ut sunt 1. Iniqui-  
tas occupandi nimia. 2. Prosperitas illa nimia quoque. 3. Super-  
bia intolerabilis. 4. Tyrannis. 5. Vastitas Imperii. 6. Similitu-  
do aliorum Imperiorum. 7. Corruptela disciplinæ domi, militiæ-  
que. 8. Dissidia Religionis.

S. 5. *Lux clarior.* Clariorem dico, quæ vel. 1. pro basi habet  
immutabilitatem justitiæ divinæ, paria peccata paribus suppliciis ulci-  
scentis. Fatum populi Israelitici perpetua figura est nostri, qui Christo  
meremur 1. Cor. 10. Id quod noster *D. Pappus* diligenter observavit,  
ac inter utilitates concionum Propheticarum hanc quoque annume-  
ravit, temporum scilicet Prophetarum & nostrorum similitudinem.

*In Præf. ad Ose. scribit. p. 247. f. 2. Similitudo Prophetarum & nostrorum  
temporum in his potissimum spectatur. Primum in dissidiis de Religione. Ut enim  
Prophetarum posteriorum maxime tempore, quæ erant in populo judaico Religio-  
nes; altera sub regibus Juda verbo Dei consentanea, altera sub Israeliticis Regi-  
bus, à præscripto divino aliena, sed majorem tamen sanctimoniam speciem obtinens:  
Ita nostris temporibus in Romano Imperio pax publica duabus religionibus data  
est,*



est, alteri vera, alteri antiquitatis cujusdam specie sese commendanti. Atque in hac religionis dissimilitudine hoc quoque nostris temporibus evenit, ut Magistratus quidem licet dispari cultu, tamen publica tranquillitatis causa tolerandam alterutram Religionem non raro putet. Pii autem ministri de sinceritate doctrina nemini huicquam quocunque respectu possint concedere. Altera similitudinis pars spectatur in statu Reipublica & periculis huic imminentibus. Ut enim dum ista duo regna, partim de Religionis praesentia, partim de potentia inter sese litigant, vicina gentes utriusque regni vires paulatim abertunt. Sic dum non de religione, & nescio quibus de rebus congladiamur, hinc Turca vires nostras debilitat, inde Moschus atque Tartarus, ipsiq; Christiani inter se funestis & civilibus bellis digladiantur. Tertia pars est in similitudine vitiorum atque peccatorum, qua Prophetæ reprehenderunt suis temporibus, quaeque nostris temporibus plusquam vigent, ut non ovum ovo, quod ajunt, neque lac lacti similis sit, quam nostra aetas Prophetis temporibus. Etsi igitur metuendum est, ne aetatem nostram eadem quoque clades excipiant: tamen qui in docendi Ecclesiam movere versantur, si re-  
 Et fungi suo officio volunt non aliunde meliora argumenta sive *UTO JESEIS* concionum suarum accensere possunt, quam ex Prophetarum predictionibus.

Exemplum praebitum est in concionibus Turcicis è 2. Reg. 6. ubi Parallela legas inter sortem Israeliticam à Benhadad hoste haereditario, & Christiano-Germanicam à Sultano Turcico afflictam, ibidem paria reperies fata, factorumque causas inter *Exercitum Euphrateum* - - - in Apocal. IX. praevisum, de quo mox, & Othomanico-Turcicum; vel pro fulcro agnoscit *analogiam oraculorum* divinorum eventuum, nondum tamen vel completorum, vel ex asse adque speculum sine hiatu exhibitorum: quo fit, ne possimus clepsydrum vertere, ante aquae effluxum. Talia sunt oracula Danielis de Corniculo & Ezechielis de Gogo.

§. 6. Cornicum Bestiae quartae Daniel. 7, 8. de Antichristo Occidentali ac magno illo expositum est in nostra Antichristosophia, sect. 1. art. 8. pag. 257. at de Turca propter nonnulla parallela à Luthero, Tom. 2. Witteb. in der *Heer-Predigt* / pag. 556. fac. 2. *Wolan/Horn* heist ein Königreich in der Schrift/wie hie Daniel selbst sagt/das die zehen Hörner/zehen Könige sind/die zum Käyserthumb gehören. So kan nun der Türke keines derselbigen zehen seyn/denn dieselbigen Hörner sind die Königreiche / so zum Römischen Käyserthumb gehöret haben / da es in seiner vollen Macht gestanden ist/ als nemlich/ Hispanien / Frankreich / Italia / Africa / Egypten / Syria / Asia / Bretia / Deutschland / &c. Solche Länder haben die Römer alle gehabt in voller Macht / ehe



denn Mahomet oder der Türck ist kommen. So spricht nun Daniel/ daß nach zehen Hörnern erst kömmt das kleine Horn/ zwischen den zehen Hörnern. Sie kömmt und findet sich der Türcke/ denn gleichwie das kleine Horn unter den zehen auffwächst / und stößet derselbigen drey weg / also mußte ja kommen ein Königreich / daß in den obgenannten Ländern und Königreichen des vierden Thiers oder Käyserthumbs wüchse / und derselbigen drey genommen. Solches alles zeigt und bezeuget auch das Werck / und stimmt mit dem Text / daß der Mahomet dasselbige kleine Horn seyn muß / dann er ist von geringem Anfang auffkommen / er ist aber also gewachsen / daß er drey Hörner im Römischen Käyserthumb hat abgestossen und eingenommen / nemlich Egypten / Griechenland und Asien / dann der Soltan und Saracener haben lange Zeit dieser Hörner oder Königreiche zwey innen gehabt / Egypten und Asiam / und sind also drinnen blieben sitzen / wie auch der Türcke drinnen sitzt auff den heutigen Tag / und hat das dritte Horn / Griechenland / darzu gewonnen. Solches hat sonst niemand gethan. Denn wir sehens da für Augen stehen / daß geschehen ist / das ist Mahomet's Reich / da haben wir das kleine Horn gewiß. Et mox ibidem pag. 558. fac. 2. Weil Daniel hier sagt Daß im vierden Thier das kleine Horn sol das mächtigste und letzte seyn. Und wir sehen öffentlich / daß in des Römischen Reichs kein mächtigerer ist / denn der Türcke / und nach ihm keiner mehr kommen wird. So ist die Schrifft des Türcken halben schon erfüllet / denn er hat die drey Hörner weg (wie gesagt /) Daniel giebt ihm kein Horn mehr. Demnach ist zu hoffen / daß der Türcke kein Land mehr des Römischen Reichs gewinnen wird / und was er in Hungarn und Deutschen Landen thut / das wird das letzte Gefräße und Geranffe seyn / das er mit den Unfern / und die Unfern mit ihm haben werden. Und damit ein Ende. Also / daß er Hungarn und Deutschland wohl zausen mag / aber nicht rugelich besitzen / wie er Asiam und Egypten besitzet. Dann Daniel giebt ihm drey Hörner / und nicht mehr / zwack er etwas den Grängen und Nachbarn abe / das sey sein Schlaf-Trunck zu guter Nacht. Darumb der Krieg und Sieg des Mahomet's / davon Daniel sagt / ist am meisten geschehen und



und erfüllet worden in Asia / Grecia / Egypten / und wird also ein Ende nehmen / wenn er am allermächtigsten / und auff's allerbeste gerüst ist / daß er gleich sicher daher schwebt und fährt / als dem nun niemand wehren und widerstehen könne / und noch viel Land zu gewinnen gedencet. Eben / wenn dasselbe Stündlein kommen wird / daß er so viel noch thun wil / und trotzig und gierig seyn wird. Da wird Christus mit Schwefel und Feuer über ihn kommen / und fragen / warumb er seine Heiligen / die ihm kein Leid gethan / ohne alle Ursache / so greulich verfolget und geplaget habe? Amen. Confer. Just. Jonam, im Unterrichte vom Türcken / pag. 184. & seqq. D. Pappus Corniculum hoc de utroque Antichristo exponit ad h. l. pag. 229. *Neque mirum hoc videri cuiquam debet, quod diversissima, ut videtur, dominationes, neque inter se satis convenientes unius cornu significatione comprehendantur. Cum enim ad unum scopum colliment, ad perdendam videlicet & evertendam Ecclesiam, neque disparibus omnino armis utentur, si genus ipsum spectemus, crudelitate videlicet & blasphemia. Ideo tametsi his armis diversimode utuntur, tamen ad idem genus facile possunt reduci. Quanquam nos hoc loco Turcicam Tyrannidem magis proprie significari libenter concedimus.*

S. 7. De Gogo Ezecheliano nuper sententia nostra est repetita in programmate quodam Academico, quod ipsum hic appono, non pro sacramento Ecclesiae futuro, sed indaginis ulterioris illicio. Fera, quam in illa sylva captavimus, Antichristus est magnus ille ac occiduus. Dies noctem & nox diem docebit, & eventus consummatio magistra erit sensus mystici. Quis ille GOGUS fuerit, quem olim ex divina inspiratione praecinuit Ezech. cap. XXXVIII. & XXXIX. iterando cecinit S. JOHANNES Evangelista ὁ ἐγνόησε. Apocal. XX. sortiuntur alii tanquam in ludo aleatorio, quos inter canem jecit Thom. Malvenda Dominicanus Tom. 1. de Antichristo lib. 6. cap. 31. cum de rege aliquo potentissimo Aquilonari, nescio quid mali somniavit: alii divinant, tanquam Enthusiasmo rapti, deliri, lymphatici; Pauci sereniori, & excolatori mentis dianœa ac indagine sagaciori, in hac adyta religiosè penetrant. Sunt, qui ANTIOCHUM illustrem (post alios Hugo Grot. ad Ezech. cap. 38.) Sunt, qui SULTANUM Otho-



Othomanidem (è castris Pontificiis *Pintus in h. l. Genebrard. lib. 1. Chronogr. pag. 151. lib. 4. pag. 688.* è nostris *Magdeburgenses*, magnusque *Lutherus in præfat. Ezech. 38. Tom. 1. Isleb. pag. 482. fac. 2. Tom. 2. Witteb. pag. 502.*) Sunt, qui ANTICHRISTUM hîc designari censent, Utopicum illum suum ac tardigradum *Bellarminus lib. 3. de Rom. Pontif. cap. 17.* (desertus ac refutatus à *Malvenda Tom. 1. lib. 6. cap. 3.*) verius P A P A M, è nostris *Dölingius*, è Calvinianis *Chamier*: Omnes rectè & congruè, si sensa sacrarum literarum probè discernant, atque hinc inter se facilè conciliabiles. Nos, inquit *D. Pappus in comment. ad h. l. pag. 196.* inter sententias jam commemoratas medium quoddam tenendum esse arbitramur, h. e. neque planè rejiciendam esse eorum sententiam, qui de Regum Syriacorum contra populum Judaicum crudelitate vaticinium istud accipiunt: neque tamen eorum omittendam expositionem, qui idem hoc Vaticinium ad Turcicam quoque Tyrannidem accommodant. Ut enim apud *Danielem* ea, quæ de iisdem Syriacis regibus predicuntur, rectissimè ad spirituales Antichristum, sedentem in templo Dei, & seipsum pro Deo venditantem, accommodantur: Ita etiam hoc loco percommode ea quæ semel à Syriacis illis Tyrannis contra populum Dei gesta & suscepta sunt ad finem Ecclesie, ejusque fortunam circa finem mundi possunt conferri: Et quemadmodum initia Ecclesie Nov. Test. maximam habuerunt similitudinem cum populi Judaici principio, ita eandem fermè sortem sustinet Ecclesia sub mundi finem, quam populus Judaicus paulo ante exhibitionem Messie fuerat expertus. Visum olim fuit mihi in *Antichristosophia*, M. DC. XL. editâ, in sensu literali Antichristum uti vocant, occidentalem, sive Romanum potius quàm Orientalem, illum, fuisse prænunciatum; exercitum item *Magogæum* Scythis olim Gothisque Borealibus constitisse, in omnem Europam in prima educatione effusus (Interprete *Ambrosio lib. II. de fide ad Gratian. c. 4.*) genus postea sanguinemque miscentibus, atque sic è Gothis jam indigenis (vid. *Baron. ann. 395. 409.*) in Gallos, Italos (vid. *Bernegg. quest. 91. in Tacit.*) Hispanos (Thubalæos scilicet juxta *Salian. p. 175. conf. Sanct. ad Zach. 6. pag. 102. Voss. lib. 1. de Orig. Idol. cap. 33. Pentaleonis Gott. Iberidem*) Germanos (olim quidem *Taciti* temporibus alienis connubiis non infectos; fuisse etiam, qui *Moguntiam* à *Magog* deduxere, notat *Serar. lib. 1. rer. Mogunt. cap. 5.*) transplantatis: deni-



denique in hoc seculo sub capite Gogo in S. Ligam confluentibus, secundâ visitatione castigatis, inque ordinem redactis: nec muto, quod jeci, nec repeto, quem semel inivi calculum: in *sensu* inquam *literali*, à Spiritu S. primum intento, quamvis tropis ille ac figuris eleganter depictus exhibeatur. Sed & *Antiochus* ὁ Ἰσχυραῖος, Judaicæ Ecclesiæ æque infestus ac invisus hostis, eodem Prophetarum intuitu præconspicuitur; ut typus in sensu mystico. At literalem prohibet ταυτότης Gogi Ezecheliani & Johannæi, ne S. Johannes præposterè vaticinatus fuerit de hoste præterito, ac Johannæâ ætate antiquiori. Immanissimus denique Hostis, alius ex alio natus, qui sub Mahumetis signo ac disciplina tot seculis in Rom. Imperium ferocissimè sæviit, excludi ideò non debet, quia Gogus generali mentis conceptu omnem Ecclesiæ Christianæ Adversarium, præ cæteris diriorem, ac hereditario odio contagiosum significat, qualis fuit *Agag*, Rex Amalec (גֹּגַךְ juxta LXX. Num. 24, 7.) qualis Haman *Agagita*, Esth. 3, 1. Ἀμαλκῆτις, *Joseph. lib. 11. cap. 6.* Literalem verò sensum de Turca non permittit, 1. *temporis novissimorum novissimi determinatio.* Unde enim cunque calculum posueris eruptionis Gogæ, futuræ post chiliadem annorum captivitatis Sathanicæ solutæ, εἰς ἀπὸ εἰς incidet: si ab anno M. CCC. (sic illi, qui millenarium inchoant à Constantino M. finiunt in Otomanno) tria adhuc secula numerabis anteriora novissimo; si ab anno D. XXVIII. (sic illi, qui ab Heraclio Imperatore Victore *Cosrois Persæ* initium ducunt) in annum M. DC. XXVIII. incidet, quo Liga Papæa non vis Otomanica gravis montibus Israelis incubuit. 2. *Montium Israelis*, hoc est, Ecclesiæ veræ designatio. Jam Turcicas invasiones non ad Ecclesiam Orthodoxam, sed Romanam, non religionem, sed regionem evertendam directè ac primò collineasse, omnis historia clamat. Nec hic malè notavit *Ludovic. Alcasar. Lojolita Hispanus in Apocal. notat. 23. proem. Turcorum & Maurorum bella Christianis illata in Imperij potius propagationem, quam in Christiani nominis violentam extinctionem incumbunt: Quamvis enim alicubi tam Heretici, quam Maurimnis, tormentis, ac dirissima morte Christianos ad ejurandam Christi fidem impellere conati sint; nulla tamen harum persecutionum universæ Ecclesiæ fuit communis & generalis; neque ejusmodi persecutionem illi communi instituto profitentur: illud potius*

H

præ



pre se ferunt, ut dum suas superstitiones defendant, ceteros facile in sua quemq; religione vivere permittant. Cæterum, an quod Sibylla vaticinatur (editore Opsopæo lib. 3. Sibyll. orac. pag. 241. Heu tibi, Gog tractusq; Magog, qui dividis amnes, Æthiopum medius: quantas tu sanguinis undas accipies pœnæq; domus d'ceris. in orbe, potabitq; nigrum tua roscida terra cruorem) expectandus adhuc venturus aliquis è sanguine Turcico Gogus, ac fortè signa sit sublaturus, is qui nunc est Hannibal ad portas, exactè & ex asse impleturus, quæ viri divini prælagierunt? an prætereà supra S. Ligam tota Civitas Diaboli insurrectura sit in civitatem Dei (placitum scilicet Augustini lib. 20. C. D. cap. 11. hac erit novissima persecutio novissimo imminente iudicio, quam sancta Ecclesia toto orbe terrarum patietur: Universam scilicet Civitatem Christi ab universa Diaboli civitate, quantacunque erit utraque super terram. Gentes quippe istæ, quas appellat Gog & Magog, non sicut sunt accipiendæ, tanquam sint aliqui in aliqua parte terrarum Barbari constituti: sive quos quidam suspiciantur Getas & Massagetas propter literas horum nominum primas, sive aliquos alios alienigenas, & à Romano jure sejunctos. Toto namq; orbe terrarum significati sunt isti esse, cum dictum est: Nationes, quæ sunt in quatuor angulis terrarum, easq; subjecit esse Gog & Magog.) Hic præstat ἐπιχειρῆναι, ac præstolari eventum, certissimum Prophetiarum indicem; imò potius novissimum dierum, omnium Ecclesiæ adversitatum, sed & utriusque Antichristi gemelli, tempore prognati eodem, conficiendi terminum fatalem, de quo hæctenus fuimus persuasissimi jam ante fores esse. Præstat, inquam, ἐπιχειρῆναι, quam cum servo malo (Matth. XXIV, 28.) dicere: Moram facit Dominus meus venire; aut cum R. Manasse Ben. Israël lib. 3. de resurr. cap. 5. Judaïzer. Sagt man / (ita D. Cramer. ad Ezechiel. 29. pag. 430.) daß eine solche schreckliche Niederlage / da der Türke / wie erliche vorgeben / kurz vor dem jüngsten Tage / sol ganz erschlagen werden / noch vorhanden sey / was ist das anders / als die Leute sicher machen / ehe nicht die Ankunft Christi zu glauben / denn das dieses ins Werk gerichtet sey. Præstat cum Hieronymo in Ezecheliano mysteriorum Labyrintho misericordiam Christi implorare, ut ipse dolos tecti ambagesque resolvat spiritu suo, cæca regen-



regente vestigia, ne aberrent. Præstat præcavere, ac prophylactis nos præmunire, ne nostrâ ætate, ultima illa calamitatum seges erumpat, si omninò eruptura sit. Nec aliud est præsentius præremedium, quam prioris vitæ retextura, ac generosa quædam *πυλίσενσις*, adque imaginem Christi (expulso lare Antichristiano) conformatio: nam sicut in Hydræ illo serpente capita amputata renasci solebant, (vel potius, ut *Selymi Solymanniæ* utar similitudine, quâ Venetis insultavit, *barba, agentis, à Venetis apud Naupactum abrasa succrevit, at brachium ego dextrum, captâ Cypro amputavi, quod nunquam recrevit.*) Ita & peccata è peccatis consuetudine obfirmata reviviscunt, quæ subinde ense Herculeo ressecanda; atque ut è Gogæo sanguine Gogæa colluvies propagatur: ita è testium veritatis cineribus, novi quasi Hercules resflescere debent, monstrorum domitores.

§. 8. Non sanè nulla est interpretatio, quæ è Cometa Uranio, cum funesto suo eventu malorum epidemicorum collato, collecta, *indeterminatè* dira ac *Γεῖα* divinavit. *Indeterminatè* inquam, ac in descensu disjunctivo, vel hujus vel illius mali præsagium. Determinare ad *τὸ δὲ π*, hîc & nunc in divina id manu est. Gad tria mala epidemica tulit Davidi, ac electionis libram suspendit, non tamen minus Propheta fuit. Quin igitur qui nuper Anno M. DC. LXI. in cælo apparuit caudatus, pessima fata denunciarit, ac ut nunc experimur, irruptionem è domo Othomannico, barbaricam, quis experimento claro tam adversus esse potest, ut ire ausit incipias? Qui è cæli quasi specula tempestatem ex oriente grandinosam præcavit, hunc mala ac divinæ justitiæ ultricis nemesis portendere *indeterminatè* constat 1. è *S. literis*, quibus nunciis, novimus è cælo iram Dei manifestari Rom. I, 18. sicut fornax ignibus ardens manifestatur scintillis exilientibus. 2. *Ex effectu terrifico*, quo etiam prudentissimi percelluntur, cum cogitant creaturæ novitatem, epiphaniam subitanam, motum anomalum, mensuram temporis sapientissime definitam. Quis enim non digito quasi dimetiatur Numinis sapientiam, quâ factum, ut Cometa Anni M. DC. XVIII. totidem annis quasi sæviret, quot diebus fulsit, hoc est annis XXX? Cum Deus vult ardet Cometa in signum terroris, ait Luth. in Gen. 93.



3. *Ex analogia* cum Prophetia verbali, cujus certa extat *donuatio*  
 Jerem. 28, 8, 9. Ubi Lutherus in margine: Es sind gewißlich fal-  
 sche Propheten / die da lieblich trösten / so doch die Leute böse  
 sind. Adde analogiam ex figura non omnino insuper habendam.  
 Nam si plantæ nonnullæ e. g. feniculum figurâ sua oculiformi,  
 oculi medelam indicat, quidni cometa ensiformis ex ense mede-  
 lam malorum? 4. *Ex eventu, historia & experientia.* Ab ultima  
 antiquitatis memoria notatum est, *cometas semper calamitatum*  
*prænuncios fuisse*, ait Cicero lib. 2. de nat. Deorum. Calculum  
 addit Lutherus Tom. 9. Witteb. pag. 539. fac 2. Gott thut im  
 Himmel auch seine Zeichen / wann sie ein Unglück treffen sol /  
 und läßt Schwanz Sternem entstehen / oder Sonn und Mond  
 ihren Schein verlihren / oder sonst eine ungewöhnliche Gestalt  
 erscheinen. Item, auff Erden greuliche Wunder geböhren wer-  
 den / beyde an Menschen und Thieren / welches alles die En-  
 gel nicht machen / sondern Gott selbst allein. Mit solchen  
 Zeichen dräuet er den Gottlosen / und zeiget an zukünftigen  
 Unfall über Herren und Land / sie zu warnen / umb der From-  
 men willen geschicht solches nicht / denn sie dürffens nicht.  
 Darumb ihnen auch gesagt wird / sie sollen sich für des Him-  
 mels Zeichen nicht fürchten / als Jeremias spricht / cap. 10.  
 Denn es gilt uns nicht / sondern den Gottlosen. Fuerunt qui-  
 dem singulares nonnulli ac anomali, hic seorsim sentientes. E-  
 quidem Judæi Cometam Solymitanæ ruinae indicem (Joseph. l. 7.  
 bell. cap. 12.) pro libidine interpretati sunt, alii contemnebant, non  
 attendebant alii, neque credebant, aliis salutare sidus & bonum  
 omnem esse visus est. Singulares hic quoque sunt è Sophis Sca-  
 liger exerc 79. sect. 2. *Queritur Cometa signane sint, an causa?*  
*neutrum censeo.* Etenim existimare à Cometa Regem interfici, *ridi-*  
*cule dementia est, tantò minus everti provinciam.* Subtilissimè!  
*sed ne signa quidem sunt, ut fumus ignis.* Verùm, sicut aliquis affe-  
 ctus est alterius signum propter coherentiam: velut signum, quod  
 gallina peperit, cantus. Nam gallina utriusque & partus & can-  
 tus auctor est. Neutrum verò ab altero pendet necessariò. Sub-  
 tiliter! Multi itaque sunt à nobis cometae visi, quos nulla usquam  
 totà in Europâ subsecuta est perniciēs mortalium. Et multi cla-  
 rissimi



viffimi Viri suo fato functi sunt : multi eversi principatus ; pessum  
data familia illustrissima , sine ullo Cometa indicio hoc demum .  
Exiliter , inconsequenter , obtuse ! non sequitur , Cometa non est  
*τελευτησιον* . Ergò non *σημειον* : non pendet necessario : Ergò non  
signat . Non signat ut fumus naturaliter : Ergò nec ex institu-  
to . Non evenit quod signasse fertur ; Ergo non signavit . Ne-  
que enim semper & absolute evenit , quod fato hypothetico con-  
stat , Ergò nullo fato . Multi cometæ visi sunt sine effectû no-  
xio , Ergò nec rari sine hoc . Multi illi , quos vidit Scaliger po-  
tuerunt , fuisse aerei , quorum non eadem ratio est cum æthereis ,  
rarò contingentibus . Sic in simili non sequitur Eclipsis ordina-  
ria nihil mali indicat ; Ergò nec illud Eclipseos portendum , quod  
Christi crucifixi funus quasi deploravit ? Pernicies evenit sine co-  
metæ indicio ; Ergò cometæ indicium est sine perniciæ . Mors e-  
venit aliquando sine hoc vel illo symptomate mortis prognostico ,  
à medicis notato . Ergò symptoma prognosticum hoc vel illud  
non signat mortem . *Erycius Puteanus* de Cometa Anni 1618 .  
hæc scribere est ausus . *Omnes scriptores errarunt , ab ignorantia  
metus . Lata potius esse Luminis omina , presagia felicitatis ad  
Pontificem , Imperatorem , Regem , Catholicos & Serenissimos Prin-  
cipes relata .* At fefellit iterum hunc virum paralogismus . Quia  
ad Cometam etiam felices successus & victoriæ aliorum secutæ  
sunt ; Ergò falsum est , Cometæ esse funestos ac infestos præco-  
nes , quasi , quia pestis prodest , ad rem faciendam , Medicis , Chi-  
rurgis , Pharmacopolis , ideò maligna non sit : annonæ caritas ,  
quia grata est Dardanariis . Ergò noxia non sit . Nec multò ro-  
bustiori ariete admoto Cometæ à suo munere terrifico videtur  
dejecisse *Gassendus* , hæc objectans lib. 5. *Physicæ* sect. 2 pag. 312 .  
*Si anni steriles non forent . si non invalesceret fames , si non grassa-  
retur pestis , si bella non excitarentur , si exercitus non prostigaren-  
tur , si Principes non morerentur , nisi Cometis præeuntibus ; præcla-  
rè illa circumferrentur . Nunc autem , seu præfuerint Cometa , seu  
abfuerint , omnia pari modo eveniunt . Ecquid ergo isti effectus  
referuntur potius in Cometæ , seu causas , seu signa , seu utrumq;  
dicas , quam in quodvis aliud ? At hæc si Cometa consisterent , ac  
uni tantum seu domui , seu regioni , seu urbi impenderent : si unius*



aciei clades non esset victoria alterius; & quod istis lethale est, salutare illis non foret; si Reges soli morerentur, superioraq; illa corpora optimates potius viros, quam plebeios respicerent, ratio speciosa obtenderetur; at Cometa varias regiones, imò totam terram circumeunt; quicquid calamitatem affert uni seu viro, seu populo, præstat alij emolumentum; mista densantur Principum & subditorum funera; neque naturalibus causis ullus nostri delectus est; ecquid ergò diras lethaleis timendas dicimus Cometas, potius quam benignos, salutareis, amabileis? Terrifici sunt, sed dementia nostrâ, qua Panicos sibi objicit terrores, ac propriis malis non contenta, extranea undiq; asciscit. Hæc ille, ovum tondens, nihilque aliud conficiens, quam calamitates esse accidentia communia, quæ adesse & abesse possunt, adeoque non τεκμήρια sed εἰκότα: confundit mala quævis & quovis tempore contingentia cum malis epidemicis, raris, θείοις: neque enim quod paucis prodesse potest, ideò malum non est epidemicum præsignificatum. Omnis belli sator maleficus est, proprium hoc homicidæ ab initio: etiamsi optimus Deus bona inde eliciat. Nec dementia est terreri eo, quod per se est terrificum e. g. fulmen, inevitabilem metum incutiens (juxta Senecam lib. 2. qq. nat. cap. 42.) ut supra nos aliquid timeremus; tamen in utilitatem aliquam resolvitur, τα γὰρ (ita Plutarchus lib. 4. Sympos. Probl. 2.) ἀστραπαῖα τῶν ὑδάτων Καλδῆ καλεῖσιν οἱ γέωργοι, καὶ νομιζοσι, Aquas, quæ in fulgurando decidunt vocant Agricolaë auctiferas & tales credunt. Tubera è tonitribus nasci auctor est Plinius lib. 19. cap. 3. cervis parturientibus tonitrua quasi obstetricari Hieropsaltes affirmat Psal. 29. religiosius multò Ludovicus pius Caroli M. Filius de hujusmodi ostento censuit, apud Gerhardum Vossium in Theol. gent. lib. 3. cap. 9. pag. 770. Idem Gassendus lib. 3. Ethic. cap. 4. pag. 855. alio insurgit argumento Ciceroniano, in genere quidem in ostentorum ab aliis laudatam utilitatem invectus, ad cometam tamen applicabili. Quæ est ista à Diis profecta significatio & quasi denunciatio calamitatum, quid autem volunt Dij immortales; primum ea significantes, quæ sine interpretibus non possumus intelligere, deinde ea quæ cavere nequeamus? At hoc ne homines quidem probati faciunt, ut amicis impendenteis calamitates prædicant,



dicant, quas illi effugere nullo modo possint: ut Medici, quanquam  
sæpè intelligunt, tamen nunquam ægris dicunt, illo morbo eos esse  
morituros. Omnis enim predictio mali tum probatur, cum ad  
predictionem cautio adjungitur. Quid igitur aut ostenta, aut e-  
orum interpretes vel Lacedamonios vel nostros nuper adjuverunt?  
Quæ si signa Deorum putanda sunt, cur tam obscura fuerunt? Si  
enim, ut intelligeremus, quid esset eventurum, aperte declarari o-  
portebat; aut ne occultè quidem, si ea sciri volebant. At eadem  
argumenti strage profligari possent etiam somnia extrà contro-  
versiam divina, e. g. somnium Nebucadnezaris, de Colosso im-  
mani, quatuor Monarchiarum præfago, quarum semper una di-  
rior fuit alterâ, uti liquet ex altero viso quatuor bestiarum Basi-  
licarum. At hoc somnium interprete opus habuit, mala præ-  
nunciata evitari non potuerunt. Hic igitur Numini sua libertas  
concedenda est & τὰ πολυτέρας καὶ πολυμερῶς agnoscendum.  
Recudam hic, quæ olim de cometis in programme quodam A-  
cademico consignavi. Adeo omen hujusmodi cometarum fini-  
strum, inductione Exemplorum invaluit, ac experimentis omni-  
um retrò seculorum inclaruit, ut proverbio ansam præbuerit, ὅ-  
δεῖς κομητῆς ὄσις ἔκκαλον φέρει: necquicquam ridentibus ac ne-  
glectui habentibus talia visa. Civibus olim Solymitanis: Come-  
tam illi gladiatum in aere conspexere quidem, sed ut μορμολυ-  
κείον ac inane terriculamentum alii; alii ut salutare sidus inter-  
pretati sunt; alii securè connixere; Sic enim fieri amat inter ho-  
mines securitate temulentos; sic Josephus polemographus de suis  
civibus, certis, inquit, prodigiis futuram solitudinem prænuncian-  
tibus, neque attendebant animo, neque credebant, sed velut atto-  
niti, nec aut oculos habentes aut animas, edicta Dei dissimulavere:  
hi quidem hujusmodi signa pro libidine interpretati sunt, illi con-  
temserunt, donec patriæ excidio eorum iniquitas confutata est. Sunt  
& hodiè nomine Christiani, qui ad Θεῖα è cælo primum quidem  
cohorrescunt, sed mox in frigus pristinum relabuntur; talia præ-  
fagia tristia rident tanquam deliria eorum, qui sua dogmata fa-  
talibus minis onerant; quod alii incendium mundi, hi lumen vo-  
cânt; sidus benignum quod illi prodigium; gentiles Vespasiani a-  
nimos induunt, qui cum audisset stellam in cælo crinitam appa-  
rere,



rere, dixisse fertur, *crinitam Rex Parthorum metuat, qui crinitus est, ego sum calvus.* Fuit antehac Belga quidem magnus licet orator, major tamen atheus, qui hæc effutire ausus est, *si quid cælum ostendit, cujus causa occulta sit, statim novas erumnas & calamitates denunciari autumant, quæ admiranda sunt, perversa tristitia dulcedo timenda facit, omnis ab ignorantia metus est: errarunt omnes scriptores, qui vulgi sensum secuti Cometas fatales censuere, lata potius luminis esse omina; cometam superiorem felicitatis præsagium fuisse ad Pontificem, Imperatorem, Regem catholicum, Serenissimos Principes relatum.* Quantò religiosius ac sapientius Ludovicus Caroli M. Filius, qui cum, ad apparitionem Cometæ insoliti abhorruisset, eoque suo Mathematico percepisset mutationem regni mortemque Principis hujusmodi ostentis significari; neque tamen monitore Jeremiã, à signis cœli metuendum esse; animo recollecto respondit, *non alium timeo præter illum, qui nostri & hujus sideris Creator est, ejus tamen clementiam satis laudare, ac mirari non possum, qui nostram inertiam talibus indiciis dignatur admonere.* Atque ut vetera, quæ magno alii cumulo ex omnium ætatum periodis collegere, taceam, annon stellam in cœlo immane flagrantem Anno M. DC. XVIII. nostrum aliqui his oculis usurparunt, totidem annorum furias designantem, quot stetit in cœlo diebus? Fallor? an ipsi Angeli, (quos Dominus in dialogo Jobiano stellas matutinas appellat) stellas novas induti, aliquando fatales ruinas sunt minati? non dicam de salutari fide, quo Magi ad Cunas Bethlehemitanas ducti venerunt, ab Angelo motore, concitati juxta *Jobannem Chrysostrum* auctorem minimè exhibilandum; certè illud phasma Cherubinum, quo portæ Paradisi fuerunt obseptæ, quid nisi Cometa fuit, fatalis pluvix, quâ primus orbis sepultus est, Index Vatesque haut fallax. Præstat inter S. Codicis Interpretes audire sensuum divinorum scrutatorem exercitatissimum felicissimumque Lutherum. Sic autem ille: *In viâ ab oriente, quæ sola ad Paradisum ducebat positi sunt Cherubim sive Angeli, qui custodirent viam istam, ne vel Adara vel ulli ejus posteris ingredi in Paradisum possent: humano more fecit hæc Dominus ad terrendum, ut scilicet extaret memoriale tam insignis lapsus.* Porro Cherubim isti in viâ habuerunt



non ferrum, quo arcerent accessuros, sed habet gladij versatilis, h. e. fulgetrum seu flammam, qualis est fulguris, quae incerta est & praestringit oculos. Habuit autem ista flamma seu fulgur hoc formam gladij, qui movetur assiduo seu vibratur. Sicut in Actis cap. 2. dicitur, linguas Apostolorum divisas apparuisse, tanquam ignis, & praebent quoque talem speciem volantes dracones, in hunc modum Angeli isti semper emisissent flammam, quae in omnes partes agerentur, nequis accedere posset. Ac est servata Paradisi custodia Angelorum, usque ad Diluvium, ut extaret certum memoriale apud omnem posteritatem hujus miseri & calamitosi lapsus; sicut postea ad omnem posteritatem extitit locus Sodomorum: Item statua salis. Hujusmodi enim monumentis opus habet ignavia & negligentia nostra. Sed, post Diluvium Paradisus, una cum Angelis & rompheâ ista disparuit. Haecenus Herois illius definitio, cui nihil deest nisi definitum, hoc est, nomen Cometae.

§. 9. Clarissima denique oracula sunt divino afflatu edita, ac horum cum eventu, historiâ, experimentis, ex asse, plena sine hiatus, adque speculum representata harmonia. Cujusmodi lux fati de flagello Turcico extat in Apoc. IX. à D. Joh. Pap. in Comment. M S S ad h. l. hoc commentario quadrata & congrue facta.

Sexta tuba interpretatio consentientes propemodum habet interpretes nostrorum potissimum temporum. Exponunt enim tubam hanc ejusq. plagam de Mahometica, seu Turcica Tyrannide. Et ipsi ibidem Angeli parati fuisse dicuntur in horam & diem & mensem & annum, ut occiderent tertiam partem hominum. Quibus verbis sanguinarius & crudelis Turcorum animus describitur, utpote qui summam felicitatis suae spem in eo ponant, si adversantes suae religioni & Christianos maxime occiderint. Horam, diem, mensem & annum non de certis temporum intervallis exponimus hoc maxime loco, sed de quovis tempore: quod nullo non temporis momento in omnes occasiones intenti sunt, quibus nocere Ecclesiae, & Christianum sanguinem possint profunderere. Ita tertiam quoque hominum partem non precise interpretamur, sed pro magna multitudine. Nec ipsi tantum angeli seu principes horum Ecclesiae persecutorum describuntur, sed ipse etiam eorum exercitus, constans partim equitibus, partim equis: utrorumq. verò tam equorum quam sesorum numerus dicitur esse *dua uve pades uve padov*, hoc est, bis milies, centena millia, rursus scilicet numero finito, licet maximo sumto pro infinito. Sessores equorum thoraces dicuntur habere partim igneos, partim purpureos, partim sulphureos, ac eadem penè est descriptio equorum, qui capita habent leonina, deq. ipsorum ore ignis procedit, & fumus & sulphur. Cauda verò serpentibus similes sunt, capita instar Amphispkenarum utrinque habentium. Ignis



tam in thoracibus sesorum, quam in ore equorum ardentissimam bellorum cupiditatem significat, & extremam stragem, qui Mahometus fingit, se divinitus missum, non ut signis & miraculis doctrinam sacram confirmet, sed ut armis eam defendat & propaget. Fumus superstitiones & blasphemias designat, quibus & persona & regnum spirituale Christi in Alcorano obscuratur: Sulphur denique foedas ac turpes libidines, polygamiam, disortia temeraria, & alia id genus designat. Etsi autem tam tristium pœnarum, quas Mahometica fabris Christianis infligit, ad veram eos debebat excitare pœnitentiam, tamen Johannes predicat, eos, qui plagis Tribus, igne, fumo & sulphure, non occiduntur, non respicere ab operibus manuum suarum, hoc est, Idololatria sua, nec pœnitentiam agere ab homicidiis suis. Quomodo verò imago hæc Turcica Tyrannidis cum re ipsa & historia conveniat, non difficile est indicare. Exorta est secta & Regnum Mahometi circa idem ferè tempus, quo Romanus Episcopus, abyssus inferni angelus & Locustarum Rex universalis creatus est: Nam Bonifacius III. Titulum Pontificis Oecumenici à Phoca Imperatore accepit, anno Christi 607. Mahometis autem secta initium cepit circa annum Christi 620. Imperante Heraclio, qui cum facta cum Persis pace milites Saracenicis non numerato stipendio dimisisset: hi ducem natum Mahometum & Humarem ab Imperatore Romano desciverunt, ac postea ad societatem belli attractis Arabibus ceteris intra 32. annorum spacium universam. Arabiam, Palestinam, Syriam, Egyptum, Africam, Cyprum, & multas minoris Asia urbes occuparunt: propagata simul impietate & blasphemis Mahometicis, donec lapsu seculorum circa annum Christi 1300. summa rerum ad Othomanicam sive Osmanicam familiam devenit.

Hæc D. Pappus. Hunc secutus eodem modo interpretari sum conatus in Antichristologia.

§. 10. *Angeli VI* (Mahometici scilicet) clangentis tubæ, hoc est, turbas excitantis per Alcoranum mortiferum publicatum, describitur ab Evangelista 1. facta potestatis à voce judiciariæ, ex quatuor cornibus altaris aurei resonante & solutionem quatuor angelorum permittente, quæ vox non est, nisi Christi, qui Altaris in V. T. anti-typus est, cujus vox per quatuor Evangelia in universo orbe resonat.

2. *Quatuor Angelorum Euphratarum alligatorum solutio*, malorum profectò, ut quibus tribuitur *τὸ ἀδυσίν* Apocal. 9, 19 illorum scilicet ipsorum, qui supra quatuor ventos tenuere, divina hæctenus manu repressorum, nunc plenis velis in Euphratem h. l. orientem, illas scilicet regiones, quas Euphrates allambit, è quibus Saracenicæ potentia se effudit, effusorum: quatenus conciliis hæctenus & Imper. Rom. Ethnici incubitu coerciri (quatuor superiores hæresiarchæ, è quibus adhuc hodiè in oriente residui Jacobitæ, Ariani, Georgiani, Nestoriani) in Alcorani saturam coaluerunt in horam, diem, mensem, annum,




num, h. e. in singula momenta, quando se offerret occasio liberior  
grassandi, intenti ad capitale animarum exitium sub Mahomete in-  
ferendum. 3. *Exercitus* in tot capita, quot sunt Angeli, divisus in  
Arabes, Saracenos, Tartaros, Turcas. Hi enim ad XL. millia Hera-  
clio in subsidium venientes, sensim dilapsi ad partes Mahometicas de-  
fecere: Conspirantibus Saracenis, contumelioso Canum nomine  
pro stipendio inflicto, à Spadone Imper. ad defectionem lacesitis:  
tandem in unum caput coalescentes, Othomannum scilicet è Turcica  
gente oriundum ann. 1300. Exercitus ipsius explicatur porrò. I. *Nu-  
merus* *δύο μυριάδες μυριάδων*, id est, vicies centenorum millium.  
Numero namque potius & quidem equestribus copiis, quam virtute  
omni tempore exercitus ille censi maluit: nec dubium si omnes  
expeditiones reperas, ad hunc numerum facile te assurrecturum.  
II. *Apparatus equorum & equitum*, illorum quidem pro Bucephalis  
leocepholicorum, hoc est, generosorum, robustorum; ore & caudis  
terribilium (vid. *Neubus*. l. i. fatidic. cap. 30.) ore, ignem, fumum &  
sulphur, instrumenta scilicet & arma venenata, in exitium Christia-  
norum evomentium. Fortassis de ore bombardario, ignem ac fu-  
mos expirante non malè expelueris. *Propriè* (scribit *Cornel. à Lap.*  
ad h. l. p. 186.) *significantur hic bombardæ militum & ignis pulveris  
sulphurei. Dum enim milites jaculantur, ita admovent ori instru-  
mentum, ut ore ignem & fumum sulphureum emittere videantur.*  
Machinamenti sic genere, quod maturè ab ipsis Christianis proditum  
in Janizarorum notitiam & exercitium venit. Meminit *Chalco-*  
quod lib. 8. de reb. Turc. incredibilis magnitudinis tormenti, *con-  
dyl*. Mahometus ad expugnandam Constantinopolim LXX. boum  
jugis & bis mille viris advexit, unà cum 12000. Janizariis bombardar-  
iis: Caudis serpentinis & monstrosis capitibus horribilium. Is e-  
nim belligerandi apud eos mos obtinet, in cauda, h. e. ipsa fuga no-  
cere planè astu serpentino, inlequentes telis venenatis, tanquam à  
tergo capita petere. Parthorum, Scytharumq; genus fugiendi hoc  
fuisse notat *Bernegg*, ad Tacit. q. 28. III. *Equites sessores* thoraces  
induti diversicolores hyacinthinos & sulphureos, id est, rufos, cœ-  
ruleos, pallidos. IV. *Successus bellorum*, quibus omnia in oriente  
prona fuere; subjugata post Graciam & Graciæ corollaria Thraci-  
cum & Thrapezunticam Imperium, Mysia, Servia, Hungaria Au-  
stralis;



stralis, Cyprus Venetis erepta. Constitit tunc sibi Prophetia de ter-  
tia hominum parte extincta. V. *Impenitentia* adhuc obfirmata,  
quarta, ejusque minima partis Christianorum: hanc resipuisse oportuit,  
post tot clades Turcicas, divino judicio immixtas, post tantas ja-  
cturas. Sed frustra, non resipuerunt ab idololatria. *Ceteri homi-  
nes* (ita Cornel. à Lap. ad h. l. pag. 187.) *cum tot strages & funera vi-  
derent, ne quidem tunc compuncti ad mentem redierunt, nec ad tantas  
sociorum plagas resipuerunt. Patet ex Græco. Mira ergo erit tunc  
hominum obduratio, qui visis tot signis & plagis persistent nihilominus  
in suis sceleribus & Idololatria. Et mox.* Hinc patet in fine mundi  
renascenturam Idololatriam. Secuta bella Idololatriæ, quibus pri-  
mam facem admove re seculo septimo Constantinus Papa & Philip-  
picus Bardanes Imper. Ille cum imagines locari, hic amoveri im-  
perasset. Secutus in eadem sententia Philippicum Leo Isaurus;  
Constantinum Greg. II. illum iterum Filius Constantinus V. ob sa-  
crum fontem ventris onere foedatum Copronymus dictus, qui acta  
Byzantii Synodo imaginum cultum damnavit; Hunc Stephanus  
Papa Constantiniensium consiliorum obex: illum Leo VI. quod pue-  
rulus purpuram induisset porphyrogennetus dictus; hunc sub patro-  
cinio Irenes Imperatricis Leone defuncto, viduæ Adrianus, opposito  
Concilio Niceno, quo veneratio imaginum post liminè in Eccle-  
siam reducta. Decisa utrinque controversia in Concilio Franco-  
fort. sub Carolo M. nondum tamen desiere philtro idololatræ ebrii  
furere, subtiliori quamvis titulo & fuce, juxta illud 2. Reg. 17, 9.

*sie schmücken ihre Sach.*

**SOLI DEO GLORIA.**





05 A 218

ULB Halle

3

004 207 335




WOM











DISPUTATIO SOLENNIS  
*De*  
**FATO FLAGEL-**  
**LI TURCICI FATI**  
**QVE LUCE,**

*Quam*  
CHRISTO DOMINO AUSPICE

*In*  
ALMA ARGENTINENSI ACADEMIA  
SUB MODERAMINE

D. JOHANNIS CONRADI  
DANNHAVVERI,  
PROFESSORIS THEOLOGI PRIMA-  
RII, CONVENTUS ECCLESIASTICI  
PRÆSIDIS,

PATRONI ac PROMOTORIS SUI  
*venerandi,*

*Ad d. 20. Julii M. DC. LXIV.*

*H. Lq. C.*

DOCTORUM EXAMINI  
P. P.

M. JOHANNES FRIDERICUS SCHARFIUS,  
WITTEBERGENSIS,

Nunc verò iterum, multorum rogatu, publicis exscripta  
typis exhibetur.

---

WITTEBERGÆ,

Typis & Impensis JOH. BORCKARDI, Acad. Typogr. 1686.